

DISSERTATIO INAVGVRALIS PHILOLOGICA
 QVA DIFFICILLIMVM
 CAPVT XI.
 EPISTOLAE PAVLI AD ROMANOS,
 EXPLICATVR.

 QVAM
 SVB SVMMI NVMINIS AVSPICIS
 CONSENTIENTE AMPLISSIMO PHILOSOPHORVM ORDINE,
 PRAESIDE
 VIRO EXCELLENTISSIMO, AMPLISSIMO, DOCTISSIMO,
IOHANNE FRIDERICO STIEBRITZ,
 PHILOSOPHIAE, OECONOMIAE, POLITICAE, ET CAMERALIVM
 PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO,
 ALVMNORVM REGIORVM EPHORO,
 ACADEMIAE SCIENTIARVM MOGVNTINAE SODALI,
 PRAECEPTORE ATQVE PATRONO
 PIETATE MAXIMA AETATEM DEVENERANDO,
 PRO SVMMIS IN PHILOSOPHIA HONORIBVS
 ET PRIVILEGIIS
 SOLLEMNI RITV ACCEPTANDIS
 D. VI. MAI A. O. R. MDCCCLXIII.
 PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBIICIET
 AVCTOR
SAMVEL BENIAMIN KEYL,
 VRATISLAVIA-SILESIUS.

HALAE MAGDEBURGICAE EX OFFICINA HENDELIANA.

1
HISTORIA
CARTARUM
EPISTOLARUM
ET
CONVENTIONUM
SACRAE
LITERATURAE
IN
LIBRARIIS
MUNICIPALIBUS
CIVITATIS
CAMERARIAM
EX
ARCHIVIS
CENSIS
ANNO
MDCCLXV
AD
TYPIS
PUB

MAGNIFICO ET ILLVSTRI
REGIAE CIVITATIS VRATISLAVIENSIS

SENATVI,
PATRIAEC PATRIBVS,

PATRONIS

ET

FAVTORIBVS,

OMNI PIETATE ATQVE OBSERVANTIA

DEVENERANDIS,

HOC INAVGVRALE SPECIMEN

IN MONVMENTVM
DEVOTISSIMAE, AC PRO TOT TANTISQVE
BENEFICIIS,
IN SE COLLATIS,
GRATISSIONE MENTIS,
CVM ARDENTISSIMIS VOTIS
PRO
PERENNI SALVTE
VIRORVM PERILLVSTRIVM
NVNCVPATIS,

D. D. D.

GRATIOSISSIMORVM MAECENATVM

HVMILLIMVS CVLTOR
SAMVEL BENIAMIN KEYL.



§. I.



ndecimum epistolae ad Romanos segmentum tam praeclarum & sublime argumentum, id que tot difficultatibus obseptum, & hinc tot interpretationibus obrurum, continet, ut mihi, qualecunque studiorum meorum specimen edituro, dignum visum sit, quod interpretatione quadam philologica illustrarem. Non vero hic rem e longinquo repetam, ea adpositurus, quae ad oeconomiam totius epistolae pertinent; cum id iam dudum ab aliis non sine laude praestitum sit. Illud vero praetermittere nequeo, quod Paulus, exposita vera iustificationis hominis peccatoris indole, inde a Cap. IX. docuerit, Iudeos, quibus illa iustificationis ratio ad palatum non erat, proprio quippe merito salutem adquisituros, a deo rejectos; gentes autem eorum loco quibus nimirum vera cum deo in gratiam redeundi via persuaderi poterat, admissas esse. Ut ut vero haec recte se habebant, facil tamen Paulus conjectura adsequebatur, fore, ut gentes, his ita perceptis, alto Iudeos supercilios, ceu reprobos, contemnerent, inque vanam de sua felicitate gloriationem, cum Iudeorum insultatione coniunctam, incidenter. Hinc suarum partium esse duxit, Cap. XI. traditam a se doctrinam suis limitibus circumscrivere. Demonstrat, igitur, neque omnes singulosque Iudeos rejectos, neque in perpetuum eos gratia dei exclusos esse. *Prius probat v. 1-10. partim exemplo suo v. 1. partim ex numero Iudeo-*

A

rum,

rum, satis spectabili, ad Christum conuersorum, quamvis longe plurimi sua culpa perierint v. 2-10. Posteriori euoluit v. 11-36. tum probabilitate v. 11-24. tum apodistice v. 25-36. Sed veniam in rem praesentem!

§. II.

Paulus totam tractationem obiectione aliqua, quam conuersi ex gentibus formare poterant, incipit: λεγω ἐστιν, μη ἀπωθετο ὁ Θεός τον λαον ἡρτου; interrogo igitur, num deus populum suum abiecit? Particula ἐστι indicat, obiectionem hanc tanquam consequentiam ex antecedentibus, in primis vero ex Cap. X, 21. proponi, vbi indefinite, quod aliquando vniuersaliter valet, dictum erat, λαον, populum Israeliticum, incredulum, deoque repugnantem, reiectum esse, dum et contrario deus se gentibus cognoscendum praebuisset, v. 20. Inde igitur inferre poterant gentiles, ad deum conuersi, hace tum de vniuersali, tum de finali Iudeorum abiectione, capi debere. Cum vero haec a mente Pauli perquam aliena essent: data opera hoc argumentum explicat, dicitque: interrogo itaque; νην forte, quod gentiles sibi persuadent, atque ex parte cupiunt, deus populum suum ita abiecit, vt nemo eorum, nullo vnuquam tempore, ad meliora rediturus sit? λεγειν h. l. percommode interrogo explicatur; quod sequentia statim indicant: sicuti idem verbum, eadem significacione vefsum, Cap. X, 18-19. Ioh. XIII, 25. Cap. XIV, 22. XVI, 18. & alibi occurrit. Cum apostolus Iudeos λαον nominat, tacite remittit ad singularem illum amorem, quo Deus eos inde a longinquo tempore complexus erat; ad foedus, quod sollemaniter cum iis inierat; ad promissiones, quibus illos imbuerat; & denique ad id, quod eos in conspectu gentium peculiarem suum populum constituerat; ideoque percontari incipit, num omnino fieri possit, vt populum, tantis maestatum beneficiis, tantis promissis conspicuum, inque perennaturum foedus receptum, prorsus adiiceret? ἀπωθετο, praeterquam quod quinque in N. T. libris legatur, a LXX. saepius adhibitum est, vbi inter alia ebraicæ radici ψῶι responderet, denotatque depellere, arcere, deturbare, repellere, reicere. Egregie huius vocis emphasin, totiusque interrogationis Paulinae vim, expressit Ven. CARPLOVIVS.

123

in stricturis in ep. Pauli ad Romanos p. 255. Num igitur, ita scribit Vir doctissimus, Deus suum populum eo cum fastidio, et cum naufragio reiecit, & quasi ἀφωνέσθιος Φραγμον (pocula sunt quae abortum abiliunt) expulit, nulla ut spes super sit reditio nis in gratiam? Iam quæstionem hanc propositam Paulus primo negat simpliciter, *un* *χειρότ*, inquiens; qua loquendi formula frequenter, & tunc in primis, vtratur, quando aliquam illationem ex suis adsertis minime fluere, cum perfectionibus & voluntate dei pugnare, ideoque eam se prorsus detestari, nec sine horrore eius mentionem facere, significaturus est. Probe huic dictiōni conuenit cum Ebraeorum *תְּלִילָה*, idemque notat, ac latinorum, *abfit*, *longissime abfit!* Quoad rem hic confer 1 Sam. XII, 22. Deinde vero negotiacionem suam argumentis fulcit, docetque ante omnia, Iudacorum reiectionem de praesenti non ita esse capiendam, ac si omnes singulique ei obnoxii essent. Quod ut impetreret, alterum argumentum a suo ipsius exemplo depromit v. 1. Ipsomet enim per dei gratiam ad seniora redierat, et si ex vtroque parente Israël ta, pharisaicis præiudiciis totus, quantum quantum erat, immersus. Non sine emphasi dicit εὐω: Paulo enim in gratiam a deo recepto, receptus is erat, quem admissum iri nunquam putasse; in ipsam enim Christi ecclesiam exquisitissimo studio, tanquam implacabilis hostis, sauerierat. Adde Phil. III, 5. Alterum argumentum, mutata paullisper oratione, directe propositum, desumit v. 2. sqq. ab aliis Iudeis, aequo feliciter ad Christum perductis. Spectabimus hic primo argumentum ipsum. Non, inquit vir diuinus, ad instar Samue lis 1 Sam. XII, 22. reiecit deus populum suum, si de omnibus singularique id capere velis, quem præcognouit. Non dicit, quem prædestinavit absoluta quadam ratione, inque ordinem violenter redegit: sed præcognovit, ceu tales, qui docilem se esset præbitur, & intra annum suum admissurus, ut conformis fiat imagini filii sui cap. VIII, 29. Latet in his præclaras adserti Paulini probatio. Cur quæso, non abiecisse dicendus est deus Iudeos ad vnum omnes? eam ob causam, quia pro omniscientia sua ab aeterno præuidit, futuros inter illos, qui ordinem gratiae, ad exemplum Abrahāmi, ingressuri essent. Cum de cætero verbum προγνωσκειν

actum intellectus designet, non facimus cum *Surenhusio*, qui, *ὑποθέσεις δοκιμασίων*, in *βιβλίῳ παταγώνης* p. 493. ait: *quos praecognovit, id est, amore suo est complexus &c.* quae ad *actum voluntatis* redeunt. Quamvis enim haec *praecognitione* docilium ingeniorum diuinum simul erga ea fauorem secum ferat; hic tamen proxime de eo sermo non est, sed potius de eius fundamento, nisi amorem quandam coecum in deo comminisci volueris. Cui accedit, quod hoc idem verbum semper de *praecognitione*, nunquam de *amore* in sacris legatur. Vide *Auctor. XXVI*, 5. *Rom. VIII*, 29. *i Petr. I*, 2. *2 Petr. III*, 17. Ad cundem modum deriuatum inde nomen *προγνωστεως* occurrit *Auctor. II*, 23. *i Petr. I*, 2.

§. III.

His succedit *porro* argumenti confirmatio, quam adlatto ex historia vetere *casu simili*, instituit v. 2 - 5. vbi^a casum similem proponit v. 2 - 4. *nescitisne*, ait, *quid dicat scriptura in Elia*, i. e. in historia Eliae? Inest huic interrogationi racita obiciencium reprehensio, qui casum similem in annum sibi reuocare, atque ex eo ad casum praesentem argumentari, atque adeo a praecipitata obiectione abstinere debuerant. Eadem formula eodem prorsus modo legitur *i Cor. III*, 16. *Cap. V*, 6. *Cap. VI*, 2. 3. 9. 15. 16. 19. *Cap. IX*, 13. 24. *Iac. IV*, 4. Adhibet vero *Paulus*, praeter generaliorem S. S. ellegationem, etiam specialiorem. Veteres enim Ebraeorum Theologi sacras scripturas, vtpote in capita & versus nondum distinctas, aliquando non solum formula generaliori, *vti dictum, uti scriptum est*; sed etiam specialiori, excitare solebant, rem nimirum, vel personam, de qua sermo fit, commemo rantes, vt, quod intendebatur, eo citius inueniri posset. Docuit hoc *Guil. SVRENHVSIVS* loc. cit. Eundem morem aliquando fecutus est *Christus* *Marci XII*, 26. *Luc. XX*, 37. & hic *Paulus*. Quanam vero de re protulit S. S. aliquid in historia de Elia? *οἵ εἰτυγχάνει τῷ Θεῷ κατὰ τὸν ἵστερν*. Verbum *εἰτυγχάνει* alii cum *HESYCHIO* per *προσερχόσθαι* interpretantur, h. m. *quomodo Elias ad Deum accesserit*, Iudeos adscutaturus. Alii per *colloqui* illud expoununt, quia *i Reg. XIX*. aliquod exflaret colloquium inter Deum & Eliam institutum. Sed ego vix intelligo, quamvis sensus *vbius* idem

idem maneat, cur ab adsumta a plerisque pressori *interpellandi* notione recedendum, atque in generaliori manendum sit; cum tamen sequens particula κατὰ specialiorem requirat. Vbiunque enim hoc verbum, cum dativo personae & cum particula κατά, vel περὶ, construetum, occurrit, ibi rectissime de *interpellatione apud aliquem, contra alterum instituta*, accipi debet. Patet id tum ex h. l. tum ex Act. XXV, 24. & 1 Maccab. VIII, 32. cap. X, 61. 63. cap. XI, 25. Et sane sicut ἐν τούτῳ, cum ὑπερ combinatum, *intercessione pro altero importat*; ita in casu opposito *interpellationem aduersus alterum designat*, necesse est. Vix opus est, ut mo-
neam, *interpellandi* ideam probe consentire cum *occurriendi*, & *ac-
cedendi* significari, quem verbum haberet originis. Quibus ita
praemissis, ipsa Scripturae verba v. 3. allegat apostolus, quae de-
promta sunt ex 1 Reg. XIX, 10. Elias nimurum, postquam nihil
intentatum reliquerat, quo Ifraelitas, idololatriæ pessimæque vi-
uendi rationi deditissimos ad meliorem frugem reuocaret, animad-
verteratque, cuncta in iuane recidere, & suos nonnisi peiores fieri,
sibi penitus persuadebat, nihil omnino boni inter Ifraelitas su-
peresse, neque dubitari posse, quin deus ipsos, suo arbitrio per-
missos, plane abiecerit, praeclara omnis emendationis spe. Eum
in finem *prophetas veros occisos, altaria, priuatum summo Numini
creda*ta a piis Ifraelitis, subuersa, *séque solum ex prophetis veris reli-
ctum esse*, atque in eo iam rem verfarī, vt & sibi *animam* f. vitam adi-
merent, queritur. Si Paulini narrationem cum fonte ebraico
contuleris: tum deprehendes, Paulum 1) priora prophetæ verba,
quæ 1 Reg. XIX, 10. habentur, omisisse, compendii causa; 2) vo-
cem Ichoua ex superioribus adsciuisse; 3) propositionum ordinem
immixtasse; prius enim mentionem *prophetarum occisorum*, quam
altarium dirutorum facit, quod secus se habet in sermone Eliæ:
4) Voces בְּנֵי gladio & מִלְחָמָה ad auferendum eam, omisisse, vt
pote quæ ex re ipsa intelligi poterant. Absurdus foret, qui in
apostolum ideo debacchari vellit; cum facile adpareat, sensui
prophetæ nil quidquam decadere, & praeterea ipsos Iudacorum
doctores circa textus sacros eodem prorsus modo versari, vt iam
dudum docuit SVRENHVSIVS l. cit. p. 495. Cacterum quae Elias

de hac omni causa statuebat, erronea erant. Neque enim ipse solus veri numinis cultor existebat, neque exinde inferre debebat, deum omnem Israelitarum curam abieciisse. Si aliquem forte offerderit, prophetam errorem errasse; is modo apud animum suum recognoscere, nostrates recte distinguere inter viros diuinos, sibi electos, ex proprio ingenio & suae cognitionis modulo loquentes, atque inter viros diuinos, in actu θεοτροπίας constitutos. Sicuti hi erroris omnis expertes fuere; ita illos errare potuisse, atque interdum vere errasse, facile intelligitur. Docet autem Paulus v. 4. quomodo propheta admissi erroris conuictus sit; sed, ita inquit, quid dicit ipsi ὁ Χριστός? Conformata est haec allegandi formula Rabbinorum mori, quo non minus in suis allegationibus deum, dominum, & spiritum sanctum, loquentes introducere consueuerunt. Χριστός, prouti a Χριστίσεν descendit, quod generatim est, rebus explicandis constituendisque vacare, ius dicere, & speciatim praeter alia idem valet, ac oraculum edere, h. i. significat, diuinatus editum responsum; quo significatu verbum quidem plures, nomen autem semel tanrum in N. Test. libris legitur. 'Oī LXX. haec vox non vtatur, exstat tamen z Macc. II, 4. Cap. XI, 17. Oraculum ipsum ita habet: *reliqui mihi ipsi*, seu, superstites milii esse iussi, 7000. viros, sc̄. homines, qui genu Baali non flexerunt. Datius εὐχώτῳ emphasi non caret: indicat enim non solum benevolam dei voluntatem, a nemine profrus pendentem, qua ipsos a turba perditorum hominum, qui rectiora discere solebant, abstraherat; & simul accuratam eorum notitiam, qua Deus pollebat, quamvis hominibus, in primis quoque Eliae, obscuri mansissent, aut plane ignoti; verum etiam ad potentissimam prouidentiam diuinam, qua vius fuerat, ad eos fertos rectosque conseruandos, contra cunctas insidias, nec non traculentissima hostium consilia, & feruidissimos conatus, omnem veram religionem, vna cum cultoribus ipsis, e medio tollendi, remittiit. Deinde est quasi datius commodi, quo indicatur, hos viros superesse in honorem ipsis, ad propagandam suam gloriam. Denique idem ille datius declarat, deo esse hos superstites quasi in delitiis, & singulari voluptati. Reliqui de caetero inuoluit etiam promissum de futuro; quod

quod LXX. & Vulg. habent, quam versionem ipsa ebraica forma, hic adhibita, patitur. Vtrum vero voces *septies mille* numerum certum pro incerto exhibeant, sicuti alias numero septenario ingens multitudo describitur, definire non ausim. *Hi genu non flexerant τη βασι λευκον:* sicuti Ind. III, 7. Hof. II, 8. Ier. II, 8. 23. Basili nomen generatim *dominum*, speciatim *idolum*, & hic in primis Syriorum & Sidoniorum *deastrum* significat; quem *Achabus* iuxta 1 Reg. XVI, 31. 32. praeter vitulos, a Ierobeamo erectos, colebat. *Genuum flexio signum est*, quo significamus subiectionem nostram erga alterum, & reuerentiam, qua illum prosequimur. Hic in primis religiosum cultum, demissamque adorationem, Baali praestitam, insinuat. Differi nonnihil Paulinus textus ab ebraico, re tamen salua manente. Primo enim explicationis causa, fini diuino conuenienter, addidit ἐρυτω & ἀδρεξ, facta a posteriori denominatione. Deinde omisit verba: in *Iſraeļe*, quia ex substra-
ta materia iam intelligi poterat, conservasse deum hos viros inter
pesimos illius aetatis Israëlitas. Porro nec expressit ultima ver-
ba: *& omne or, quod ei (Baali) osculum non fixit;* quia vntus gestus,
quo idololatrae venerationem suam testabantur, Paulo sufficere
poterat. Denique pro: *genua*, dixit *gena*, Syncedochice. Non
abhorre ciusmodi citandi rationem a Rabbinorum moribus, ea-
dem opera ostendit SVRENHVSIVS p. 496.

§. IV.

Nunc b) casum similem ad�at v. 5-10.: vbi a) ipsa ad�atio fistitur v. 5. Docet nimurum Paulus, calamitoso hoc, in quod inciderat, tempore, quo plurimi, post tot alia admissa facinora, non forte prophetam, merum hominem, qualis Elias erat, sed ipsum Messiam, dei filium, respuerant, ita ut maior gentis Iudaeae peruersitas concipi non posset, nihil tamen minus λεγους φα-
ειται esse, sc. existere quosdam, a communi contagio separatos, νο? ἐκληγη χαριτο, h.e. secundum liberrimam voluntatem, eamque gratiae plenissimam, ex mera graria intuitu Christi conceptam. Λεγους idem significat ac παταλεγους Cap. IX, 27- quod in se numerum spectabilem constituebat; sicuti septem hominum millia, aetate Eliae seruata, numerum haud contempnendum efficiebat.

Vnde

Vnde Iacobus, & qui cum ipso erant, Aet. XXI, 20. Paulo renuntiant, plures myriades esse iudeorum, ad fidem adductorum. Interim, cum infinita pene pereuntium multitudine comparati, vix λειψα, שאריות residuum, dici merebantur. Illustrationis causa addo dictum R. Sinai, a Grotio iam allegatum, quod ita habet: *in terram Canaan, introierunt de sexcentis millibus bini tantum: idem sicut in diebus Messiae.*

§. V.

β) Pluribus declaratur v. 6-10. Hic vero s) exponit apostolus, quid fibi voluerit, quum quosdam secundum liberam voluntatem, *mera gratia nixam*, a deo admissois esse, pronuntiasset v. 6. Ostensurus icticet erat, deum minime meritorum quorundam intuitu, alius reiectis, nonnullos sibi seruasse; sed salutem ipsorum soli fauori diuino gratuito acceptam ferendam esse. Si vero *gratia*, ait, sc. λειψα γεγονε; ergo non amplius ex operibus factum est λειψα. Non fuere hac reliquiae meritorum gloria conspicuae; alioquin *gratia nomen gratiae*, tueri non posset. Versatur Paulus in contradictione oppositis, quorum uno posito alterum tollitur. Vocabula *ετι*, aliquoties repetita, ab interpretibus omnibus, quos vidi, neglecta, tantumdem mihi significare videtur, ac *ulterius, in posterum, weiter*, q. d. *ist es Gnade, so kan weiter nicht daran gedacht werden &c.* Verba posteriora: ει δε οξ επ, ον - - ον ετι εσωεγον, defun in aliquot codicibus, & patrum allegationibus, nec non in Vulgata; sed recte eorum γνωστηται vindicavit WOLFIVS ad h. l. 2) ex his veram causam eruit, quare longe plurimi Iudeorum pereant, pauci vero eorum seruentur v. 7-10. Vides vero hic 1) causas ipsius indicationem v. 7. & quidem (2) ex parte pereuntium. Non sane alias deus absolute reicerat, neque alias coeco arbitrio, benevolia quadam voluntate, complexus erat; sed potius causa reiectionis longe plurimum in eo sita erat, quod vitam aeternam, ex meriti lege sibi debitam, consequi vellent, sicut causa admissionis quorundam in eo ponenda erat; quod summam, qua laborabant, miseriam sibi persuaderi, atque gratiam diuinam, per Christum partam, sibi commendari paterentur. Haec Paulus interrogative eloquitur: τι ονν σελ. εργουσεν; vndenam tandem

tandem est, quod plures reiesti, paniiores recepti sint? Vt̄ solet Paulus hac formula, quando obiectionem aliquam, quae in legentium animis subnasci posset, sublaturus est. Respondet igitur Paulus, hoc exinde esse, quod *Israel*, i. e. maxima Israelitarum pars, id, quod studiose conjectatus erat, non obtinuerit. Επιγνωτεν non significat simplex in quaerendo studium; sed vi compositionis, vel argumentum eius, quod quis iam habet, obtinendum Matth. XII, 39. Cap. XVI, 4. Marci VIII, 12. Luc. II, 29. vel singularem sollicitudinem in re aliqua acquirenda, feruens desiderium rei aliquius potiundae, adecuratam in rem aliquam inquisitionem, & importunam rei cuiusdam requisitionem importat; quod loca N. T. pariter, atque τῶν LXX. & apocryphorum, aequa ac profanorum, satis ostendunt. Quac si ad Israelitas transtuleris; adseritur hic de ipsis, eos magno conatu, anxia sollicitudine, & importune quasi aliquid poposcisse, & requisiuisse. Desudarunt nempe in eo, ut obseruatione legum, imprimitis ritualium, coram deo, tanquam praeclaris meritis insignes, adparerent, iusti haberentur, & vita aeternum beata dignissimi indicarentur. At enim id ipsum Israel, Paulo teste, non obtinuit, non attigit. Τυγχανει in hac significatio proprie de iaculantibus dicitur, qui propositam metam, tellis ad eam directis, attinunt; deinde vero generaliter & metaphorice significat, adsequor, obtineo, voti compenso. Huius loco belle conuenit cum illo, qui Cap. IX, 31. legitur; *Israel*, ait Paulus, persequens legem iustitiae, feruidissime, sicuti feram quis persequi solet, ad legem iustitiae non peruenit; vix e longinquuo ad scopum, in quem tendebat, accedit, tanrum abest, vt eam obtinuerit. Quod hic dicitur επιγνωτεν, ibi per διωκεν exprimitur; & quod τυγχανει nostro in loco est, in isto per Φθανεν exponitur; sicuti hoc posterius etiam Cap. IV, 1. per ἐνθυμενην metam attingere redditur. Sed audiamus (β) causam ex parte conseruatorum: οὐ δε ἐνοργη ἐπετυχεν. Abstracto pro concreto posito, ἐνοργη exstat pro electis; sicuti circumcisio alibi legitur pro circumcisio, praeputium pro praeputiatis &c. Respicit haec phrasis ad illam, v. 5. λειμμα κατ' ἐνοργην χαριτος. Conferri meretur haec propositio cum illa, Cap. IX, 30. vbi apostolus de gentibus deo probatis ait, eas, iustitiam

tiam non persequentes, consecutas esse iustitiam. Quod cum Iudeis, ab ἐποχῇ diuersis, longe aliter se habebat: hi enim ἐπωρεύτων, excoecati sunt, quo minus fortissima argumenta, quibus a proprii meriti consecratione abstrahi, arque ad fidem in Christum permoduero poterant, peruidenter. Ηλέγω generatim durum facio, induro, significat, atque ante omnia de corporibus quibuscumque adhibetur; speciatim ad corpus humanum adPLICatur, ita ut modo *calli contractionem*, modo oculorum *exficationem* & *rigescientiam* importet. Translatum vero est deinceps ad *animum*, quod plerisque vocabulis, quae designandis affectionibus corporis humani in primis initio destinata erant, accedit, vbi nunc ad *intellectum*, nunc ad *voluntatem* refertur, ita ut ex ipsa orationis serie cuiusvis loci diiudicandum sit, vtrum potius per *mentis excoecationem*, an per *indurationem* eius explicari debeat. Illud innuit illam intellectus impotentiam, qua quis vel maxime euidentium ac salutarium veritatum, vtut rationibus grauissimis munitorum, nexus perspicere non valer; hoc autem habitum quendam vitiosissimum insinuat, quo quis motu, etiam praegnacissimis, quac fortissime virginis, locum nullum relinquit, sed iis promiscue resistit. Quamvis vero virumque malum coniunctum in suis subiectis esse soleat; hic tamen Paulum in primis ad deplorandum intellectus conditionem, vbi ei lumen fere omne adentum est, respexisse, omnes loquuntur textus circumstantiae. A quoniam vero haec mentis excoecatio peperderit, meum nunc non est, edifferere, cum ad Theologorum scholas id ipsum pertineat. Videri hic possunt Seb. SCHMIDIVS in dissert. de *phrasibus indurare, excoecare, & Frid. RAP. POLTUS de excoecatione infidelium.*

§. VI.

Ne vero Paulus videceret iniquus esse in Iudeos, hinc 2) suppeditat v. 8-10. indicatae causae confirmationem, ex ipsis V. T. libris petitat; vnde luciente intelligere poterant, Paulum non nisi illam causam adlegasse, quam illi ipsi libri, quorum autoritas inter eos erat explorata, iam dudum recitauerant. Adferuntur vero plura testimonia, ex *Iesaiā* pariter, atque *Danide* de prompta, ut de Iudeorum indole, qualem iam ab omni retro tempore demonstra-

monstrauerant, & nunc eriam demonstrabant, penitus constaret. Quae ex Iesia reperuntur, v. 8. extant, cuius verba ex duobus prophetarum locis confitata sunt. Prima enim propositio Ies. XXIX, 10. legitur, dummodo ad sensum magis, quam ad ipsissima verba attendatur. *Dedisse* dicitur iis, scilicet Iudeis, πνευμα κατανοέω. Κατανοέις a κατανοέσσει duplice significat *comprehensionis* speciem; altera est *cum sensu* atque *excitatione coniuncta*, vti *Actor.* II, 37. altera est *sine sensu, sopiae ac veternum inducens, certe stuporem,* qualis h. l. intelligitur. Adhibuit Paulus hanc vocem, ad imitationem των LXX. qui cbraicum תְּרִמְמָה ea extulerunt. Apostolus nimirum *antecedentis* facit mentionem pro *consequente ἀναστησίᾳ*, seu stupore; ex frequentissima enim punctione oritur πάθος, in stuporem desinat. Propheta vero nominat *consequens*, stuporem, soporem ecstasicum, lethargum, supposita antecedente fodiacione, quae tandem in eiusmodi animi conditionem apud Iudeos desierat. Idem igitur haec κατανοέις designat, ac πωρωτις v. 7. Huius stuporis dederat deus πνευμα; quae vox, perinde vt cbraeorum חַדֵּר, frequenter *inclinationem, affectum & qualitatem* designat. Videri possunt Rom. VIII, 10. 1 Cor. II, 12. Cap. IV, 21. Gal. VI, 1. Ephes. IV, 3. 4. 23. Phil. I, 27. 2 Tim. I, 7. Vt adeo deus iis indidisse dicatur eiusmodi animi affectionem & qualitatem, vt nihil boni persenticerent, quomodounque illis hoc persuasum irent viri diuini. Grauiter, vt solet, hoc hominum genus delineauit CHRYSOSTOMVS, homil. 13. in epist. ad Ephes. Illi, ait, qui se semel dederunt libidini, etiamsi instar ignis, etiamsi instar ferri, orationem iis applicueris, nihil eos tangit, nihil ad eos pertingit, &c. Eiusmodi qualitatem iis *dedisse* dicitur deus; quod minime gentium de *physica aetione*, seu *positivo*, capiendum est; sed de *priuatiuo & de permissione mera*. Cum nimirum tot exhortationibus, tot reprehensionibus, tot amicis vocibus, locum non fecissent; cum se aduersus tot vellications & tot punctiones quasi muniuissent, suamque pertinaciam frangi non possent: iusto iudicio eos sibi ipsis deus permisit, vt tandem in omnimodam ἀναστησίᾳ inciderent, animuque aduersus quaecunque siue adlectamenta, siue dehortamenta obfirmatissimum gererent. Posse verbum δι-

δεονται, perinde ut ebraeorum *תְּנוּנָה*, & latinorum dare, de permissione accipi; ex infinitis locis patet: debere autem h. l. ita exponi, tum ex attributis diuinis, natura duce cognitis, tum ex sacris litteris abunde intelligitur. Quod vero Paulus generaliori dandi vocabulo enunciauit, Iesaias specialiori *infundendi*, sensu vtrinque eodem, extulit. *Infudit vobis*, inquit, propheta, *Iehova spiritum*, seu adfectum *stuporis*. Et recte quidem, quia v. 9. de Iudeis dixerat, *eos ebrios futuros, non vero ex vino; & titubaturos, sed non ex sacerda.* Vnde nam igitur hoc? *infundet enim*, ita respondet Iesaias, *vobis Iehova &c.* quod bene reddiderunt LXX. πεποτεσθε &c. Caeterum conspirat haec propositio cum illa, qua Paulus supra Cap. I, 20. usus fuerat, vbi dicit: *παρεδωνεις αυτους ο Θεος εις αδοκιμον ρουν &c.* Secunda propositio ita se habet: *oculos scil. dedit ipsis deus, ita, vt non viderent, & aures, ita, vt non audirent.* Posset alicui in mentem venire, haec verba non minus ex Eze. XXIX, 10. perita esse, vbi propheta de deo adserit, ipsum *oculuisse oculos ipsorum*; quae Paulus quasi fusiore explicatione illustrasset. Sed cum tamen aliud Iesaiæ locus proferat, quo distincta *aurium & oculorum* commemoratione occurrit; rectius, ad eum a Paulo respectum esse, adfirmo. Capite nimurum VI, 9. 10. Deus prophetae præcipit, ut populo diceret: *audiendo audite, & non intelligite; videntendo videte, & non cognoscite &c.* Paulo interim satis fuit, sensum reddidisse verborum, quamuis ipsamne totidem syllabis atque apicibus non exhibuerit. Quae supra de significacione verbi *dari*, & sensu totius primæ propositionis tradita sunt, non minus hic valent. Deus profecto *oculos auresque* tum corporis, tum mentis, non eum in finem concesserat, ut nil sive viderent, sive audirent; quod vix ab illo sanæ mentis ente expectari potest: indulserat potius iis facultatem videndi, atque intelligendi, ut, quae erant sua essent, perspicerent. Sed quoniam demum euentu Iudei oculis auribusque pollebant? hoc, proh dolor! euentu, ut ex propria culpa nihil viderent, ut nihil audirent eorum, quae ad salutem faciebant. Hinc etiam LXX. propheta verba ipsis Iudeis tribuunt, quae Paulus de Deo adfirmat, sano sensu. Id ipsum enim fieri permisit Deus, iustus iudex; aegre tamen, ut ex Deut.

XXIX,

XXIX, 3. pater, vbi Moses ingemisens air: *& tamen, vtut scilicet tor ac tanta Numen in vos contulerit favoris singularissimi documenta, Iehoua vobis dare non potuit, quia nimirum noluistis, cor ad cognoscendum, & oculos ad videndum, & aures ad audiendum, hunc usque in diem.* Eleganter hacc GROTIUS pluribus exterrum atque ecclesiasticorum scriptorum locis illustrat; quae apud ipsummum videri queunt. Quibus adde, quae Ven. CARPOZOVIVS in brieturis in epist. Pauli ad Romanos p. 257. sqq. nota b. ex Philone habet. Sunt, qui ultima v. 8. verba εως - - ημερας usque ad hodiernum diem, cum fine versus 7. arctissime coniungunt, h. m. reliqui vero inducunt sunt usque ad hodiernum diem, iis, quae v. 8. ex Iesaiā habentur, parenthesi inclusis. Neque nego, sensum satris commodum vel sic prodire. Interim non video, quid obster, quo minus ea ipsa verba cum proxime antecedentibus, reiecta omni parenthesi, connecti debeant. Adiecit ea Paulus, vberioris explanationis causa, quod ebraeorum doctoribus, loca S. S. allegantibus, non minus vsu receptiū est. Docuit vero iis ipsis, in medium producta oracula non tantum ad Iesaiæ aetatem, de qua proxime agunt, pertinere; sed Iudeos sui etiam temporis antiquum obtinere, moresque maiorum suorum sequi etiamōum. In eandem sententiam pronunciat apostolus 2 Cor. III, 14. Mosen simul imitatus, qui Deut. XXIX, 4. itidem dicit, *non dare potuit dominus deus vobis cor ad cognoscendum, oculos ad videndum, & aures ad audiendum usque ad hunc diem.*

§. VII.

Progedior ad Dauidicum oraculum, quod ex 1. f. LXIX, 23. 24. repetitum, v. 9. 10. legitur. Psaltes, postquam Messiam, de perpeſſionum suarum, quas Iudei ipsi suo tempore illaturi essent, multitudine & grauitate conquerentem introduxerat, cundem nunc quoque sifit dura fata, quae Iudeis, truculentis suis hostibus, olim obuentura essent in locum poenae, enarrantem; itat, inquit, mensa eorum i.e. posito continente pro re contenta, fiant dapes eorum, quibus famein sitimque refinxure, vires corporis restaurare, gulamque pascere & delectare volunt, in laqueum &c. Habes hic manifestum poenae talionis documentum. Teste enim

v. 22. indituri erant Messiae cibo fel, sicutique sensuro potatum daturi erant acetum. Itaque deo summo rerum arbitro moderante, ex iusto iudicio, suo tempore futurum esse pronunciarur, ut ea, quibus corpus resicere, linguamque demulcere vellent, ipsis exitio essent. Quae itaque per modum imprecationis proferuntur, personae Messiae conuenientius accipiuntur de praedictione corum, quae pater in causa Messiae facturus erat, cum adprobatione eiusdem coniuncta. Fient nimurum *dapes* eorum, caeteraque omnia, quae nutrimento, pabulo, voluptatique Iudeis, Messiam male habentibus, esse poterant, *in laqueum, u. t. &c.* Existimo enim, mensam hic positam esse pro omnibus iis, quae vel ad necessitates huius vitae, vel ad utilitatem, vel ad recreationem, vel ad incunditatem faciunt. Poenam indicaturus, metaphora vtitur *ab animalibus* desumpta, quae, propositis aliquando cupediis, laqueo, vel tendicula, minus cauta capiuntur. Dicit igitur: *si sit mensa eorum in laqueum & venationem, s. quo quis eos venarist possit, & in tendiculam.* De *venatione* quidem in ebraico nihil legitur, interim tamen, menti spiritus S. conformiter, per seu *additionem elucidationis*, qua Iudacorum magistri saepe numero in suis scriptis vii solent, cisis facta est mentio. Vox טוֹקְפָּה apertissime tum a LXX. tum ab ipso Paulo, per σταύρον exprimitur: σταύρον enim grammatici esse dicunt lignum incuruum, quo tendicula sustinetur, & in quod impingens animal ipsam tendiculam super se subita ruina prosternit. Erit igitur mensa ipsorum, lauitis referata, ipsis in eiusmodi machinae parrem, ad quam impingant, ut ad ruinam tendant. Quae nunc sequuntur verba: καὶ εἰς ἀπατηδόμα ἔντοι, alio ordine comparent in textu originali, sensu tamen haud immutato. Ebraicus textus duas exhibet propositiones: 1) *si sit mensa eorum coram iis*, h.e. ipsorum causa, *in laqueum*; 2) *atque pro retributionibus*, seu retributionum causa, *si sit in tendiculam*. Paulus vero in unam eas rededit, ex quatuor praedicatis compositam. Utque hoc commode fieri posset, ultimo loco ea ponit, quae voci ebraicae וְשִׁלְוָתִים respondere debent. Posset Paulinam sententiam sequenti modo expondere: *si sit mensa eorum in laqueum venatorium, nec non in scandalum,*

dalum, asque hæc omnia quidem obuenient *ipjis in retributionem*. Ne autem Christi hostes sibi ex vana præsumptione perſuaderent, ſe pro ea, qua pollerent, fagacitate mala omnia, vel maxime occulta, felicissime euitaturos; hinc additur v. 10. *obtenetur ocidi eorum, quo minus videaut*, i. e. permittit ex iusto iudicio, vt, qui ad me, lucem illam magnam, ſponte ſua caligant, & spiritualiter coeci ſunt, quotidie magis magisque ex perpetratis continuo turpibus, & ab ipsa extera honestate deflectentibus, facinoribus, excoecentur, tandemque omnem mentis uſum, etiam in rebus, ad πολιτειαν pertinentibus, amittant. Quo facto non poſſunt non in paratam perniciem ruere, mifere irriteri. Additur itaque: & *dorsum eorum nunquam non incurua*. Sunt, qui phrasia ab oneribus impositis, quibus dorsum incuruatur, deriuatam eſſe ſtatuant. Sed putem porius, ſcriptorem maniſſe in allegoria, quam a laqueo venatorio & tendicula depremferat. His enim animalium pedes ſi inuoluntur, vix fieri poeteſt, quin tota corporis compage ſimul contrafacta, dora eorum incuruentur. Abit Paulus, LXX. ſecutus, ſi litteram ſpeces, a ſonte ebraico, qui habet: & *lumbos eorum iugiter vacillare fac*. Sensus tamen, vt & incepita allegoria, in faluo manent. Qui enim, obiecto σκαρδαλω, quam vocem a σκαρξει claudicare deducere plurimi amant, irreuantur, praecipiū lapsui ſunt obnoxii, arque hinc non raro claudicare coguntur. Miratio ſi quem ſubit, qui LXX. & Paulus ebraeam vocem per ωτον, *dorsum*, reddiderint; cum meminiffe eporteret, quod, prouti obſeruarum eſt Celeb. I. ſtmonis, in lexico, מִתְנָה, cum a מַתְנָה, arab. *firmus*, *validus* fuīt, descendant, non molliorem illam & laxiorem corporis partem, quae alias מִלְבָד, ſed porius *dorsi* partem, totius spinae partium crassissimis maximisque vertebris compactam, deſignet. Siue igitur denominationem a toro defumas cum LXX. & Paulo, ſiue a parte praecipua, synecdochice interpreanda, cum Dauid; hoc omnino perinde eſt. Quia enim lumborum conſtitutio a ſpina dorsi dependet, hinc *dorsum* commodiſſime pro *lumbis* ſum poneſt: illo igitur diſſoluto, hi quoque diſſoluuntur & vacillant. Simili modo graeci interpretes ωτον pro *lumbis* poſuerunt, Pf. LXVI, II. Compara cum his SVRENHVSIVM l.c. p. 501.

§. VIII.

§. VIII.

Sic itaque Paulus egregie tum ex Iesaiā, tum ex Daude, probauit; Iudaeorum plurimos iam induratos esse. Cum enim post contractum in peccando habitum, & gratiam, in Christo in primis sibi exhibitam, alto supercilio contemtam, praeterea aut in ipsam Messiae personam pessime faciūsſent, aut faltim ipsius discipulos accerrime inseſtati eſſent; nihil tamen minus vero, ad quiescentes quippe in electio cultu ſuo, ſibi valde huic usque placuissent; obſfirmatum omnino reportauerant aduersus funda- mentum, ordinem & media ſalutis animum, ita ut nihil eorum ipsi perſuaderi poſſer, quod ad ſalutem iſpoforum faciebat. Vnde deus per aequifimmas iuſtiae leges neceſſe habuit, ſubtracta gratia ſpeciali, permettere, ut indies magis magisque, ſenſus omnis exper- teſ rediti, ea omnia, quae ceteroquin vñi & voluptati eſſe debe- bant, in ſuam iſpoforum perniciem conuerterent.

§. IX.

Transimus ad alteram ſententiae Paulinae partem, qua euin- citur, neque Iudeos in perpetuum gratia diuina excludoſ, induratio- nis que iudicio obnoxios fore (§. I.). Disputat Paulus hoc argumen- tum 1) probabiliter, & quidem a) ex eo, quod inſigni gentium con- uerſione ſimulare deus velit Iudeos ad ſuam iſpoforum conuerſionem v. II. Occurrit h. l. PRIMVM quaefio, quae innuitur vocibus, ηγω δια interrogo igitur; de quibus vide notata §. 2. Nunquid ita impegerunt Iudei, ut lapsi ruarent? Οὐ remittit ad v. : vbi ſimilem quaefionem, quae numerum reiectorum ſpectabat, mu- tatis vocabulis, proponuerat apoftolus. Itaque, inquit, ut quaefio- nem, ſuperius iam motam, nunc de duratione reiectionis mentem diuinam explicatur, denio inſtaurem, interrogo: nunquid deus &c. Sicuti nimirum v. I. ſqq. inprimis respexerat ad vniuersam Iudeorum multitudinem, reſteque negauerat, ad unum omnes a deo reiectos eſſe: ita nunc praccipue ob oculos haber reiectionis terminum, & grauiſſime negat, eam nunquam non eſſe per- duraturam. Quae ut eo ſirmius teneantur, probe obſeruanda eſt differentia, quae verbis adhibitis πτω.ειν & πτωτειν intenditur. Il- lud pedum titubationem & offendionem proprie ſignificat; hoc de omnimo-

omnimodo & consummato lapsu, ex quo resurgere nescias, ad mentem Pauli h. l. valet. Concedit itaque vir diuinus, Iudeos omnino, titubantes quippe pedibus, impeglisse, scil. πέποντος τὸν λαθόν τὸν πρεσβυτάτος, quae verba commode ex Cap. IX, 32. repetuntur; neque negat, eos temulentos ita pedem allisisse, vt actu lapsi & prostrati sint, vti ex v. 22. aliisque locis patet, & praeterea πλακειν aliquando pedis offensionem cum insecto lapsu graecis designat. Sed illud iam exponit, vtrum lapsus eorum hunc habiturus sit euentum, vt nullo vniquam tempore ex eo resurgent? Differunt itaque πλακειν & πιπλειν, vt minus & maius, perinde vt hebraeorum לְשׁוֹן & בָּפֶל. BEINDE obtuerit responso ad quaestione, quae profertur partim negatiue; abſit hoc, minime deus Iudeos reiecit eo modo, vt nunquam eos recipere velit: partimi positivae; sed eorum fatali lapsu salus gentibus scil. ἐγενέτο, obtigit, vt ad zelum ipsarū prouocaret. Non haec ita capienda sunt, quasi deus ideo Iudeos neglexerit, vt vel sic demum salutem impetrare posset gentibus; neque staruendum, deum aut noluisse, aut non potuisse, vrosque simul salutē mactare, dummodo voluissent; sed vincere indicatur, lapsum Iudeorum, aegerrime a deo permisum, proxime amplissimam occasionem dedito conuerrendis arque ad salutem perdendis gentibus, vt vel sic tandem ad saniora redirent Iudei, grauiter lapsi. Nemo rectius haec interpretatus est ipso Paulo Actor. XIII, 46. vbi Iudeis, sibi contradictibus, & blasphemis aduersus doctrinam de Christo eructantibus, in faciem dicit: *necesse quidem erat, pro ratione economiae diuinae, vobis primū praedicari verbum dei; quandoquidem vero illud cūm contremu reiecitis, vosque ipsos indignos iudicatis aeterna vita, igitur ecce nunc conuertimus nos oratione nostra ad gentes.* Docebat itaque Deus, cum Iudei nollent in obsequio manere, se omnino iis carere posse, nec alios sibi deesse, qui fidem & obsequium forent praefituri. Docebat praeterea, se ipsa mala, ab hominibus perpetrata, ad optimos quosque fines posse dirigere; vbi denique & illud obtinebat, vt gentibus, immediate ad Christum adductis, oeconomia Leuitica, eaque vmbritatis, pedenterim aboleretur. Intērim hic nondum substituit dei sapientia, in obtinēdis optimis finibus

bus occupata, eiusque benignitas, ad felices reddendos homines intenta; sed ea ipsa melior conditio, quae gentibus obrigerat, occasione neglectorum Iudeorum, nouam oppotunissimamque suo tempore occasionem praebere debebat reducendis ad deum Iudeis, ut vel sic pateret, deum tum quoque, cum punit, beneficium esse. Id sibi vult Paulus, cum dicit, ἐξ τοῦ παρεγγέλωσαν ἀυτούς, ut ad zelotypiam seu accumulationem eos prouocaret. Quod verbum cum de coniugibus adhibetur, qui zelotypia extimulantur, experti riuales: nobis in memoriam reuocat, deum haud raro in sacris tum sponsi, tum mariti ecclesiæ Israelicæ, nomine venire, qui, quo impensis sponsam, aut coniugem suam amabat, eo magis flagrabit zelotypia, siue Iraeliticus populus in amplexus idolorum, tanquam riuallum, rueret. Quemadmodum vero maritus uxorem, quae fidem coniugalem violauerat, aliquando neglectum habere, aliamque adsciscere solebat inter Iraelitas: ita deus quoque priuabat suo amore adulteram ecclesiam Israelicam, eiusque in conspectu tori veluti sociam sibi adiunxerat ingentem gentium multitudinem. Vbi tamen non eo fuit erga priorem coniugem animo, ut cum ea nunquam in gratiam redire veller; sed eum potius sibi propositi finera, ut partim ex iure talionis aegritudine eam oppliceret propter sui, quem iam sentiebat, neglectum, partim vero ad poenitentiam perduceret propter admissam perfidiam, partim denique ad laborandum de recuperando mariti amore excitaret. Elbiquitur haec ipse deus Deut. XXXII, 21. vbi ait: *ad zelum one prouocarunt per non-deum, aegritudine me adfecerunt vanissimis suis idolis.* Igitur olim ad zelotypiam ipsorum quoque excitabo per non-populum, atque aegre ipsis faciam per gentem stultam. Conferri hic merentur, quas ad locum citatum in edit. bibl. Halens. ex TIL-LII cantico Moysi repetita sunt. Adde Rom. X, 19. Zelotypia, quae in coniuge perfida oritur, vel in furorem & rabiem desinit, quali Iudei corripiebantur, quando ex apostolis percipiebant, deum gentes sibi despousurum esse; vel tristitiam, luctum, mentemque muratam post se trahit. De priori alibi, de posteriori hic sermo est. Dum itaque Paulus hic ad locum Mosaicum respexit, indicaturus est, Iudeos, admissis in ecclesiam gentibus, iisque omni
and
benefi-

beneficiorum genere perfruentibus, vbi e contrario ipsimet iratum coelum sentirent, & nonnisi cum calamitaribus conflictarentur, tandem aliquando ad perfidiae commissae sensum perductos, poenitere, pudere, intime dolere, culpam deprecari, derestarique incepiros, deque fauore illo antiquo dei, nouiter sibi conciliando, quam studiosissime laboraturos esse. Addi hic meretur Vener.
KIESLINGII diss. de Iudacis, *ad salutarem zelotypiam prouocatis.*

§. X.

Huic primo argumento subiungitur aliud. Disputat nimirum apostolus pro admittenda futura Iudeorum conuersione b) ex eo, quod ea ipsa multum facere possit ad salutem gentilium amplificandam, v. 12-15. Huic argumento occasionem dedisse videtur aliqua obiectio, quae in mentibus gentilium exsurgere ipsi videbatur. Opinari nimirum poterant, ne optandum quidem esse, vt Iudei, ad aemulationem perduci, a deo rursus adsumerentur: tunc enim forte instare, vt gentium curam deus in posterum abueret. Ostendit igitur *Paulus*, tantum abesse, vt Iudeorum conuersio gentibus noxia futura sit, vt porius ea non possit non ad ipsarum felicitatem, ulterius promouendam, multum conducere. Id vt obtineat scriptor diuinus, *argumentatione a minori ad maius* utitur; cuius considerationi merito versus 13. 14. ab interpretibus parenthesi inclusos, (qui vero rectius pro versu uno habentur, commate post δοξαν posito) praemirimus, atque sequentem in modum circumscribimus: *vobis enim dico gentibus; praedicare quidem, quatenus si. quia sum gentium in primis apostolus Act. IX, 15. Cap. XXII, 21. Galat. I, 15. 16. II, 6-9. ministerium meum, in quod incumbo inter gentes, soleo, adeoque, quid lucri ex Iudeorum reiectione in vos redundauerit, atque ex eorum commendatione in posterum redundare queat, iam expono; eoque fine, numquam non mihi praefixo, simul operam nauo, si quo modo ad aemulationem prouocem carnem meam, seu genus meum (Ef. LVIII, 7.) seruemque ex ipsis aliquos. Vocabae ει πως hic bene sperantis sunt, vti Act. XXVII, 12. Phil. III, 11. quod obseruasse sequentibus confirmans inseruit. Quibus ita praemissis, ante omnia in argumentatione *Paulina minus lustrabimus*, quod trifas-*

riam proposuit Paulus. Et PRIMO, quidem hoc modo: *Si vero, ait, lapsus eorum, v. 12. fuit diuinitiae mundi.* Per mundum h. l. *gentiles* intelligi, ex membro statim sequenti, quod nonnisi declaratio huius, in quo nunc versamur, est, facile patet, ubi loco vocis *κοτος* vox ἐστιν legitur. Idem vocis usus obuius est in aliis N. T. locis, e. c. Ioh. II, 2. nec non in paraphrasi Chaldacia atque in monumentis Rabbinorum, uti VITRINGA Obs. L. V. p. 34. iam obseruavit. Πλευτες non solum *diuitias*, sed etiam *abundantiam, multitudinem, & copiam* denotat; quem significatum hic valere arbitror. Postular eum *partim* oppositum, per ἡτημα expressum, quod *paucitatem* insinuat; *partim* vero πληρωμα, quod ἡτημα respondeat, & πρεσληψις, quae excipere debet ἀπεσθλην. Alia vide apud SCHWARZIUM ad OLEARII diss. de stilo N. T. pag. 305. 358. Docet igitur apostolus, tristem Iudeorum lapsum, deo ita moderante, inferniisse colligendae ingenti gentium multitudini. DEINCEPS illud minus ita effert: & diminutio seu paucitas ipsorum fuit *multitudo gentium*. Vox ἡτηματος eodem modo de pauciori numero legitur in Versione των LXX. Ies. XXXI, 8. Καη οι υπαντοι αυτων ἔσονται εἰς ἡτημα. Ait igitur, ex una quidem Iudeorum parte λειμα tantum, seu paucissimos existisse, qui veram iustificand rationem inierint; interim ex altera tamen ethnicorum parte fuisse longe plurimos, qui dociliores se gesserint. POSTREMO ait v. 15. Si enim, ut alio modo res declaretur, reiectione seu abiectione eorum fuit reconciliatio gentilis mundi. Vult itaque, post Iudeos platosque, a deo contemnitim abiectos v. 1. feliciter euenisce, ut suspendae gentium multitudini via ad reconciliationem cum deo potuerit persuaderi. Maius enuntiat dupli modo; quorum prior est v. 12. quanto magis plenitudo eorum, scilicet erit diuinitas eorum, seu inferni colligendae multitudini gentilium. Πληρωμα opponitur Iudeorum lapsi, quo ad paucitatem, insignem, seu exiguum numerum, redacti erant ii, qui erant de εὐλογη χαριτος v. 5. dum plurimi haerebant in ἀποθλη, seu rejectione v. 15. Vnde haec vox h. l. non potest non *multitudinem* significare. Ita etiam legitur infra v. 25. & Cap. XV, 29. 1 Cor. X, 26. 28. Neque insolens hic significatus est, apud exterros: vnde HESYCHIUS hanc vocem

inter

inter alia per πληθες explicat. Consentiant quoque ει LXX. qui Gen. XLVIII, 19. ebraica פָּלָא הַנִּירְבָּרָא, plenitudo gentium, per πληθος ἐθνων transtulerunt. Addi possunt græci patres, quibus haud raro haec ipsa vox eadem notioe venit. Atruit aliquot eorum loca HAMMONDV in annotationibus ad h. l. quoemum conferri meretur SVICERVIS in thes. eccl. Intelligitur autem per πληθες insignis multitudo, quae, finibus suis non contenta, se vbiuis dilatat, adeoque varias regiones implet; vt bene monuit SCHOETGENIVS in lexico in N. Test. Statuit ergo Paulus, fore, vt Iudeis aliquando magno numero conuersis, integræ gentilium cohortes ad Christum adducendæ sint. POSTERIOR habetur v. 15. vbi dicitur: *quaenam, seu qualisnam erit adsumptio eorum, nisi vita ex mortuis?* Περιστερφυς opponitur ἀποθεση, adeoque Iudeos respicit, qui antea reiecti, olim autem iterum a deo. adsumendi erant. Quidnam vero tunc fiet? nonnisi vita ex mortuis. Haec ad gentiles refero, quemadmodum Paulus in toto hoc textu sibi inuicem opponere solet alia, quae de Iudeis, alia autem, quae de gentibus valent. De gentilibus itaque pronuntiat, receptis iterum in gratiam Iudeis, futurum esse, vt longe plurimi ipsorum vita spirituali donandi sint. STARCKIVS in notis ad h. l. verba ει μη ζωεν εν νεκρων bene vertit; certe erit vita ex mortuis, seu mortuorum gentilium. Ad eundem modum ει occurrit Cap. VI, 13. & 2 Cor. IV, 6. Tanta & talis nimirus accidet, Iudeis magno numero conuersis, in gentibus nondum conuersis animorum morumque catastrophe, quanta & qualis aliquando obtinget, cum ex sepulcris corporaliter mortui ad vitam excitabuntur. Non conuersos, peccatorumque mancipia, νεκρους in sacris vocari, vel ex Luc. XV, 32. Eph. II, 1. 5. & 1 Ioh. II, 14. claret; sicuti ex iisdem locis, atque ex Ezech. XXXVII, 3. fqq. obuium est, eos, qui conuertuntur, tanquam vita donatos, repræsentari. Colligamus tandem sumمام totius argumentationis Paulinae, vt de neruo illius constare queat. Si, inquit, tristia Iudacorum fata non obfiterunt, quo minus deus, licet paucissimi corum bona frugis fuerint, gentes magno numero ad Christi ciuitatem perducere, & hinc mala permitendo, optimos quosque fines consequi potuerit: quid multo ma-

gis sperare licet, si Iudeos longe plurimos, ad zelotypiam provocatos, miseriae suae sensu tactos, secum aliquando reconciliaret? Nonne, *bonum tantum procurando*, vberem amplamque occasionem praebituras esset, vt ingens nondum conuersarum gentium, hac vero super mutatione in stuporem & admirationem coniectarum, multitudo, abiecta animi sui impietate, Christo nomen daret? Quod cum quam maxime ad potentiam, sapientiam, bonitatem, omnemque gloriam dei illustrandam & extollendam facheret: hinc a probabilitate se commendat, fore, vt is ipse suo tempore hoc praestiturus sit.

§. XI.

Pergo c) ad ultimum argumentum, ab eo derivatum, quod ortum suum naturalem ad ecclesiam patriarchalem referant, cui, et si iam ab ea abstracti, per omnipotentiam, summam sapientiam, infinitamque numinis bonitatem, denuo inseri possent v. 16 – 24. Hoc apostolus a) proponit dupli simili vsus v. 16. quorum primum ita habet: *Si vero*, vt scilicet commemoratis nouum fulcimentum supponam (facit enim de h. l. non tam oppositionem respectu antecedentium, quam potius transitum ad alia; qualem saepe haec particula indigit) *primitiae sanctae*, seu sanctificatae fuerint deo: tum quoque tota massa pro sanctificata haberet. *Primitiae* vniuersim deo erant sacrae, vt vsus reliquorum & possessori licitus, & sub diuina benedictione esset. Cum vero *primitiae* vel hominum, vel frugum, vel brutorum existerent; arque hic in primis de primitiis frugum sermo sit, quae iterum diueris speciesbus absolutebantur: ante omnia tamen Paulus ad primitias massarum (*απωληχη του Φυρακτος* vertunt LXX.) hoc loco animum intendit, de quibus Num. XV, 77. sqq. agitur. Tenebantur enim Israelitae, de frugibus agri collectis panes cocturi, & quidem, secundum opinionem Rabbinorum, ex tritico, hordeo, secale, avena & spelta, partem quandam de massa sua, vt ex ea placenta quadam parari posset, tollere, eamque sacerdoti offerre; quod perinde erat, ac si deo ipsi eam sacram esse iussissent. Moses quidem de quantitate harum primitiarum nihil deixivit; interim, si Iudeos audieris, quadragesima usque ad sexagesimam dari poterat.

Vide

Vide de his I. CLERICVM ad h. l. nec non CARPOVIVM in adparatu critico antiquitatum S. Codicis p. 132. sq. & 611. sqq. Sunt, qui arbitrantur cum Philone, Israëlitæ veteres sacerdotibus toties suæ massæ partem tribuisse, quoties panes coquere instituerint. Sed non possum a me impetrare, vt hanc sententiam amplectar, et si non negauerim, seniori reipubl. Iudaïcae aetate phariseos, incredibili quippe habendi libidine laborantes, verba Mosaica ita interpretatos, populum permouisse, vt, quod ex mente Mosis semel quotannis dare debebant, singulis fere hebdomadibus praestare tenerentur. Rationes, cur ita sentiam, has habeo. Et primum quidem id ipsum vox primitiarum innuere viderur. Deinde Moses in Numeris l. c. v. 20. docet, has primitias offerendas esse ad instar primitiarum de area. Atqui de his nonnisi senes quoramnis dabant. Porro Nehemias C. X. 37. iubet, vt eiusmodi massarum primitiae ad templum deferrentur; quod minime fieri potuit in singulis massarum confectionibus. Denique vix operae pretium erat, a tenuioris fortis horinibus, quorum familiae uno alteroue constabant, admodum exiguum particulam, qualis sexagesima totius massæ fuisset, singulis hebdomadibus accipere. Quidquid vero horum sit, post deo consecratas massarum primitias, sanctæ & deo commendatae habebant massæ reliquæ, quibus nimis Numine fauente, libere nunc uti licebat. Hoc ipsum ius usus suis iam transfert apostolus, euicturas, Iudeos adhucdum sub singulari quadam dei cura certo respectu versari, ita, vt in iis emendandis nondum omne studium ipsius expirauerit. Causam huius rei hanc allegat Paulus, quod primitiae eorum sanctæ, deo sacratae, atque ab eo gratiore acceptatae sunt. Praetermissis aliorum cogitationis, quae ab expediendo negotio abludere videntur, lubens adquieſco in eorum sententia, qui cum WOLFO ad h. l. sanctos patriarchas, quibus facta erat promissio gratiae, quique erant in foedus cum deo recepti, per primitias intelligunt: sicut massa posteros significat, quos deus vi promissionis suæ, quae & ad ipsos pertinebat, libenter in gratiam recepturus est, dummodo eam amplectantur. Massam hanc populi Iudei cum sanctam vocat apostolus; non internam, sed externam eius sanctitatem innuit.

Illam

Illam enim si designasset; neque eos reiecos, neque aliquando conuertendos esse, dicere potuisset. Vult igitur, Iudeos, vi foederis cum patriarchis initi, quod non solum ad ipsorummet per-
sonas, verum etiam ad posteros pertinuerat, segregatos esse a reliquis mortalibus, deo peculiariter consecratos, atque hinc propriei iure ad ecclesiam & vniونem cum deo accedendi donatos. Ad eundem modum verbum ἀριζεσθεος de sanctitate externa occurrit 1 Cor. VII, 14. & 1 Tim. IV, 4. 5. Alterum simile ita habet: si radix sancta fuerit, itaque & rami, sc. sancti & deo consecrati, indeque benedictionis diuinae participes erunt. Hoc simile, si sensu species, eodem redit cum priori: radix enim non minus patriarchas, & rami posteros designant; quae significatio neque ipsis exteris insueta est. Mirum videtur, esse interpres, qui per radicem vel Christum, vel illos Iudeos, qui primi ad Christum conuersi erant, hoc loco intelligunt. Qui enim rami reliquos Iudeos, ad Christum nondum adductos, arque adeo extra communionem eius & ecclesiae viventes, de quibus apostolus iam loquitur, designare possent? Hi profecto neque naturali, neque spirituali sensu, dici queunt Christi & Christianorum rami. Caeterum radix ex mente Pauli non solitarie capi deber; sed ita, vt ex illa prodeuntem truncum, seu arborem, abstrahendo a ramis, includat; quod adparet ex v. 17. 18. 24. sicut ad eundem modum nec rami nudi, sed fructibus induiti admittendi sunt. Iam, ait apostolus: si radix una cum trunco, seu arbore, deo sanctificata est; Ergo etiam rami fructibus vestiti. Haud dubie respicit apostolus ad fructus primitiuos, quos, si anno quarto de arboribus plantatis dederant Iudei; tum deum sequentium annorum fructibus libere & fauente deo frui poterant; habebant enim praesanctificatis. Iam ad ductum Pauli subsumendum est: Atqui radix Iudeorum sancta est; Deus enim peculiariter sibi eorum patriarchas destinavit; ergo etiam rami, h. e. posteri, qui ex radice ortum traxerunt, deo sacri, & propter radicem eatenus accepti sunt, vt fauoris & benedictionis diuinae participes fieriqueant.

§. XII.

§. XII.

b) Quod apostolus huc usque proposuit, iam aduersus obiectionem aliquam defendit v. 14-24. Videbimus a) obiectionem, quae indirecte v. 17. exhibetur. Conuersi scilicet gentiles dicere poserant, se concedere, Iudeos ramos esse sanctae illius radicis, sed hoc tamen non amplius iis prodest, quia propter diuinam refectionem iure conferri possent cum ramis, ab arbore defractis, qui plerumque igni destinantur; quorum praeterea in locum ipsum etidem arbori infici essent. Sicuti igitur ipsum, cum radice vniuersi, in communionem succi nutritii arboris peruenissent: ita illi, ab ea abstracti, plane extra communionem eius versarentur. Largitur haec cuncta Paulus, ita inquiens: *si vel maxime rami defracti sint; tu vero oleaster seu termes oleastri, eorum loco seu pro ipsis, infici fueris, & particeps factus radicis & pinguedinis oleae &c.* Quam in antecedentibus indefinite radicem arboris commemorauerat, nunc ad *oleam*, qua in Palaestina nihil est frequentius, restringit; ubi econtrario gentiles ad *oleastrum* pertinuisse tradit, termitesque esse perhibet, de eo decerpitos. Optime patriarchalis ecclesia comparatur cum *olea*, quia, quae de arbore, pinguediae grauida, semper virente, pulcherrima, diuinis & humanis visibus aptissima, nobilissima, & gentibus maximo in honore & pretio habita, traduntur, feliciter in illum coetum, deo prorsus consecratum, transferri queunt. Neque insolita est haec comparatio populi dei cum *olca* in aliis scripturae locis; ut videlicet *Ierem. XI, 16. Ps. LII, 10. Hof. XIV, 16. &c.* Non minus vero belle primi gentiles, extra ecclesiam constituti, cum *oleastro*, eorumque posteri cum eius ramis conseruntur. Quemadmodum enim, ut ait *HILLERVS* in *hierophytico* P. I. Cap. 19. p. 182. *oleaster speciem quandam oleae habet, & tamen vero succo caret: ita gentiles, (etiam optimi inter eos) non renati, habent quidem (aliquando) speciem externam populi, deo grati, — quae se exserit in honestis operibus & sapientiae studiis, carent tamen succo spiritus sancti, absque quo fructus coram deo placere non possunt.* Quid vero de maiori eorum parte dicendum, qui, periculosis circa religionem erroribus tincti, indeque idolatriae & omnis generis superstitionis

ni dediti, nec non turpissimis vitiis contaminati erant? Hi profecto summo iure *oleastri* nomine veniebant. Cum enim is nullum plane fructum ferat, a quo commendabilis sit; unde prouerbiū, graecis sollemne, ortum traxit; ἀκρηποτερος ἀγριελαῖον: satis comode id ipsum ad gentiles applicari poterat. Iam de gentili quocunque, ad ecclesiam Christi collecto, dicit, quod sit εὐεντρυσθεῖς, *infitus*, scil. in oleam v. 24. Εγκεντρυσθεῖς, quod vi originis *stimulo*, pungo, significat, induit etiam notionem *inserendi*, quia κενθέω aliquando *punctum* denotat, in circulo medium. Sicuti itaque surculus oleae sylvestris in oleam, arborem meliorem & generosiorē, infertur: ita gentiles conuersi, olim degeneres, in ecclesiam, suci spiritualis plenam, translati erant. Quando autem scriptor diuinus addit, hos gentiles, sub imagine surculi oleastri repraefentatos, iam vero ecclesiac, tanquam oleac, vnitos, *participes factos esse radicis & pinguedinis oleae*, adeoque adsumisse indolem terminum oleac veri nominis; tum plures difficultates sibi in hoc simili inuenisse visus est HAMMONDVS, ita ut parum absit, quin agriculturae ignorantiam Paulo tribuerit. Et primo quidem putat, *surculum arboris sylvestris inserere domesticae, contrarium fuisse consuetudini iudeorum*, quae nititur Leuit. XLIX, 19. eosque non solitos *fuisse surculum alius generis arbori inserere*. Sed, vt alia taceam, non cogitauit vir doctus, 1) Paulum libertatem Christianam potius spectasse, quam seruitutem Iudaicam; & praeterea. 2) hoc simili eo rectius vti eum potuisse, quando cum conuersis gentilibus verba miscebat, qui sanctionem illam Iudaicam vel omnino ignorabant, vel saltim non obseruabant. Maius pondus habent, quae secundo loco adsert, vbi docere instituit, Pauline contrariari omni rationi & legibus inferunt, quod a) *surculus infitius non mutetur in naturam trunci, sed suum seruet genus*; eademque de causa b) *surculus frugiferae arboris semper filicetri trunko inseratur, - nunquam vero filicetris domesticae*. Consentit cum HAMMONDO, quod ad prius attinet, THEOPHRASTVS, qui histor. plant. Lib. II. C. 3, ex oleastro nulla arte fieri posse oleam, aut eius naturam filicetrem mitigari, scribit. Simili modo concedit HILLERVIS l. c. p. 183. *agrestem surculum*, si in arborem mitem inseratur, *meliuscum*

culam quidem fieri germinationem, at non tam perfectam, in naturam vero mitis arboris nullo modo tranfere. Quod vero ad posterius attinet, ex PLINII histor. nat. LXVIII. Cap. 18. patet, Africæ peculiare esse, oleastro inferre oleas. Ut igitur haec difficultates tollantur, HILLERVUS obseruauit, probe notandum esse, Paulum, harum quippe rerum haud ignarum, v. 24 monuisse, iufitionem hanc factam esse praeter naturam, eundemque rerum ordinem, ut ORIGINES ait, hic mutasse, res magis causis, quam causam rebus apantem. Gentilium enim conuerzionem – non esse naturae, nec artis opus, sed solius voluntatis diuinæ beneplacito peragi, per quam haec agrestis olea ad mitis oleac bonitatem, similemque fructuum vertet proficere potest. Ideoque AMBROSIUS & HIERONYMVS notant, in hac re eo maius describi Dei beneficium, quod contra morem est Agricolaram feros surculos miti arbori inferere, cum contrarium fieri soleat. Plura dabit GROTIUS ad h. l. Aliam tamen explicandi viam ingressus est Vir doctissimus I. CORN. SCHWARZIUS ad OLEARIVM de silo N. T. p. 157. sqq. ubi euincere satagit, Paulum non docere, farmenta oleastri infinita esse oleac; sed in uerbo plane modo, oleac farmenta indira esse oleastro, accipique aliquando verbum ἐπεντέροδει de arbore, quae reſectos surculos accipit, seu in qua depanguntur farmenta vel alienae, vel eiusdem arboris. Fateor, satis ingeniose haec dicta, atque ad tollendas difficultates, ab HAMMONDO motas, apta esse. Interim cum mente apostoli eadem simul conciliari posse, nego. Paulus v. 17. defractioni quorundam ramorum opponit iufitionem oleastri. Cum igitur rami de olea defracti sint; sequitur, ut etiam iufitio oleastri referenda sit ad oleam. Idque eo magis, quia additur εὐ αὐτοῖς. Oleaster nimurum, i.e. eius farmenta, loco defractorum ramorum in oleam sunt translata. Hinc etiam legis v. 18. cogitare debere conuersos ex gentibus, quos cum oleastri farmentis comparauerat, ipsos non portare radicem, seu oleam; sed potius hanc portare eos. Ex his opido manifestum est, non oleac quidpiam translatum esse in oleastrum: sed oleastri surculos transfisse in oleam, quos haec iam sustinet. Idem adparet ex v. 19. inquis, ait, Paulus, defracti sunt rami, ut ego inserar, scilicet loco eorum; quod sane non idem est, ac,

vt ego ipse farmentis oleae conserar. Nec minus hue facit v. 20. *vbi defractum esse, & stare, seu haerere in arbore, ci inesse instar rami,* sibi inuicem opponuntur; quae nonnisi de uno subiecto valere queunt. Cumque v. 21. a se inuicem distinguantur rami oleae *ιατα φυση*, quibus deus non pepercera, ab iis, qui prioribus fuc-
cesserant, quibus multo minus deus parceretur: est: *vi oppositi,* non posunt non rami intelligi, qui non sunt *ιατα φυση* in olea. Idem inferunt, his substratis, dictiones *επιμενα τη χριστητη & εκποτεσθαι* v. 22. Accedit, quod v. 23. verbum *εγνωτησεν & εγνωτησεσθαι* manifesto de initio in ipsam oleam occurrat. Neque aliud insinuant verba v. 24. si sine praeconcepcione opinio-
ne legantur. Quae cum ita sint, libentius in HILLERT cogitat adquiescam, quam ut cum SCHWARZIO aliquid admittam, quod contextus PAULINUS ferre recusat. Quaeunque HAMMONDI addu-
xerat, de ordinario, de eo, quod fit secundum artem, de naturali
confecutione, de naturae *soltis legibus*; non vero de eo, quod est
παρα φυση, praeter & supra naturam, valent. Gentiles itaque, ex
singulari dei beneficio oleae, h. e. ecclesiae, inserti, participesque redi-
titi erant pinguedinis eius, i. e. verae reuelationis, ceterorumque
gratiae donorum, ad vitam aeternam pertinens; uno verbo:
benedictionis Abrahami, cuiusmodi quid ipsis olim non obrigerat
Pf. CXLVII, 19. 20.

§. XIII.

Sed nunc *δι* progrediamur ad discussionem obiectionis v. 18–
24. Responder autem apostolus *εγραιφισμον μονιτου imperi-
endo* v. 18–22. quod 1) proponit v. 18. *noli gloriari aduersus ra-
mor, seu, noli insolenter aduersus repudiatos a Deo Indaeos agere,* eos despiciere, tuisque meritis tribuere, quod, iis reiectis, deus te
adsumferit. *Quodsi niklo tamen minus gloriandi libido te incesse-
rit:* tum noteris, *non te radicem portare,* eique pinguedinem, qua
floret, concedere; sed radicem te potius portare, succoque sue pa-
guissimo imbuere. *Κατακυρχασθαι* saepe pro simplici gloriari le-
gitur, vt ex LXX. Ierem. L, 1 r. Zach. X, 12. Pf. LII, 3. videre est:
aliquando tamen gloriari aduersus aliquem significat, idemque va-
let ac *επικυρχασθαι*, vt h. l. & Iac. II, 13. cap. III, 14. Cum vero
2) idem.

2) identidem ingeminare videretur, beneficiis diuinis paulo elatior factus, gentilis, firmum ratumque manere, quod defraicti sim rami, hoc cument, ut ipse oleae insertus esset v. 19. tum responderet apostolus v. 20. recte hacc quidem se habere: (*υλλος* scil. *ετας* Marci XII, 32. Luc. XX, 39. Ioh. IV, 17. quea formula est adprobantis): probe tamen perpendendum esse, ramos nonnisi propter incredulitatem defraictor, gentes vero nonnisi propter fidem, a deo benevolie indultam, receptas, in olea perficitse. Cum vero non sufficiat fides ad tempus, sed perseverantia in eadem opus sit; auocat apostolus gentiles a superbia, inquiens: *μη ιδητος φρεσος*, noli altum sapere. Sicut *φρεσον* Cap. VIII. v. 5. non de intellectu, sed de affectu, sumitur; ita hic & i Tim. VI, 17. *υψηλος φρεσον* est altos spiritus gerere, iusto praeclarius de se sentire, cui opponitur *τωπενος φρεσον*, humiliter de se sentire. Ideoque Apostolus statim addit: *Φρεσον*, time, scil. Deum, qui tanto te maestauit beneficio: Quod si feceris, humili sensu, mentisque sobrietate vteris, sc. ad fidem se uandam: quam enim nisi, hoe animo imbutus, serues, & porius eius iacturam facias; tum futurum v. 21. *vt nec tibi parcat deus, cum in propatulo sit, eum nec ramis naturalibus pepereisse.* Quoad rem hic conferri meretur Prov. III, 7. I Cor. X, 12. Eundem in finem ad animum sibi reuocare eos iubet duo insignia numinis attributa, quae ex toto hoc negotio conspicui luculente poterant v. 22. alterum *benignitas*, alterum *seueritas*, sc. *iniquitiae punitiuae*. Atque hanc quidem Deum demonstrasse ait in lassis Iudeis, vtut alioquin suae curae valde commendatis; illam vero in gentilibus, quibus olim nihil commune fuerat cum ecclesia. Iure autem requiri statuit, *nunquam non memores uiuenter*, quod *exsita benevolia dei voluntate*, non ex indolis suae bonitate, recepti sunt; alioquin futurum, *vt & ipsi*, tanquam incetes rami, *abscinderentur*. Opportune vñus est *Paulus απετεινες* vocabulo, quod *abscissionem*, qua res ad viuum rescantur, qualem seueritatem adhibet hortulanus in abscindenda arbore Luc. XIII, 7. significat, quando perhibere vult, deum Iudeos, quos cum rami, oleae adhaerentibus, comparauerat, abiecisse, vt facili sint *πεσοντες, excidentes, decidentes* de olea, arbore.

§. XIV.

Quibus ita dictis, respondet Vir diuinus ²⁾ magis directam responsonem suppeditando v. 23.24. vbi docet, non obstante Iudeorum reiectione, fieri posse, ut denuo restaurentur, cumque deo in gratiam redeant. Hoc 1) proponit v. 23. sed illi vero, nisi perseverauerint in incredulitate, iterum inferentur oleae, de qua defraeti sunt. 2) Fortissimo argumento probat; quod initio indicat: potens enim est deus inferere ipsos. Sic vno ictu prosternit praeceptiam gentilium obiectionem, qua concipere non poterant, quomodo conuerteri possent Iudei, qui tam proterue, tamque pertinaciter, tamque diu resistiterant gratiae operationibus. Ostendit nimurum, naturali quidem modo id non cœnaturum; Conspicuum vero esse deum ea potentia, quae sufficeret ad omnia impedimenta superanda, atque hinc ad prosternendam meriti imaginarii opinionem, ad agnoscendam propriam impotentiam, ad Iesu Nazareni dignitatem incredulis persuadendam, & ad fidem in ipsum excitandam. Sicut itaque hic ex una parte summa negotiis difficultas ostenditur, cui tollendae finitorum entium vires pares non essent; ita ex altera parte per summi dei *magisteria* optime de eo sperare iubet. Deinde, idem copiosius adifferit v. 24. Si enim, ait, tu, a genitilismo ad deum conuerteris, veluti excisus ex oleastro, secundum naturam suam tali, & praeter, seu contra (Act. XVIII, 13.) naturam insitus es in cleam mitem, seu frugiforam; quanto magis illi, qui quasi sunt secundum naturam, feliciter *admodum*, rami oleace mitis, inferentur, seu inseri poterunt propriae oleae. Quemadmodum enim facilius concepi potest, inseri mitem ramum miti oleae, quam oleae sylvestris termitem copulari cum trunco oleace frugiferae; quia facilior est artis effectus, vbi natura adiuvat: ita facilius etiam cogitari potest, Iudeos, quos inter & Abrahamum, stipitem suum, naturalis quaedam cognatio intercedit, ad quos foedus cum ipso initum non minus perrinere debebat, qui, protut verbo reuelato gaudent, propiore deum cognoscendi occasione fruuntur, iterum ad veram ecclesiam reduci, atque in communionem benedictionis Abrahæ peruenire. Ceterum GROTIUS iam obseruauit, Paulum vocem *narratorum* fixuisse, ut melius eam oppo-

opponeret ἀγελασίῳ f. oleastro. Ebraice dices ex Psal. LII, 10. ἔλατον καταπέπτει; oītūam fructiferam, vñi LXX. i.e. habent.

§. XV.

Sed satis iam dictum de *probabilitate*, pro conuersione Iudeorum futura, disputatione; superest II) videamus, quomodo Paulus eam *cetero* olim instare adserat. Legitur hic a) ipsa huius ardui negotii tractatio v. 25-32. quae a) proponitur v. 25. & initio v. 26. Proferendae suae sententiae praemittit aliquod praefamen, dicens: nolo enim vos ex-gentiles ignorare mysterium hocce, sed potius clare distinetque illud iam edisceram. Μυστηρίου vox in sacris adhibetur ad decrera diuina, super oeconomiam gratiae concepta, designandum, quae utique rationem, vel maxime exultam, fugiunt & superant. Pertinent huc tum ea, quae omnes scire debent, e. c. i Tim. III, 16. tum vero ea, quae ad penitus noscendam diuinam agendi cum hominibus rationem faciunt. Atque hic quidem sensus huius loci est. Vide etiam Matth. XIII, 11. Quae enim Iudeorum induratiois iudicium & eius terminum, & futuram eorum restorationem spectabant, rationi quidem sibi reliæ, circa peculiarem aliquam reuelationem, imperia erant, ita tamen simul comparata, ut quis, salua salute, eorum propiore cognitione carere posset. Habet se Iudeorum conuersio, sicuti gentium ad salutem vocatio, quam itidem Paulus *mysterium* vocat, Ephes. III, 3, sgg. Subdit vero rationem, parenthesis inclusam, cur ipsos hanc mysterii plenam doctrinam latere nolit, ut ne sitis apud vos sapientes. Sapientes christianos esse oportet; sed vitium latet in addito παρ' εὐτοῖς q. d. ne vobis persuadatis, vos omnes oeconomiae diuinae recessus iam perreptasse, ne sitis immodici vestrum aestimatores, neque vobis ea arrogeis, quae vobis data non sunt. Sic igitur protigat Paulus singularis sapientiae phantasma, & coēret fastum gentilium, ex quo Iudeos a salute prorsus exclusos esse existimabant, camque ob eiusam sibi mirifice placabant. Itaque φρενεύ παρ' ἐντοῖς, quod etiam cap. XII, 16. occurrit, reuera idem est, ac υπελοφρενεύ v. 20. & υψηλα φρενεύ cap. XII, 16. & υπερφρενεύ παρ' ὁ δε φρενεύ cap. XIII, 3. Quod dum dissua-

dissuader, in contrarium ipsis commendat το σωφρονεν vere mode-
ſequ deſentire. Addit de cetero LXX. Proe. III, 7. ubi eadem
legitur ſententia, ſicuti ſimilis habetur Ief. V, 21.

§. XVI.

Praefamine praemitto, ipsam ſuam ſententiam exponit; vbi
n) Israelitico populo indurationem *ex parte obrigisse*, docet. Su-
perius v. 7. dixerat ἐπωρεθησαν; inde nunc πωγων ipsi tribuit *extremum ſuporem*. Idem verbum, de Iudaicis adhibitum, legitur
2 Cor. III, 14. Ioh. XII, 49. & nomen *Marci III, 5*. Caeterum vo-
culae ἀπο μερες, quae deplorandum Iudaici populi ſatum aliquo
modo emollunt, non pertinent ad πωγων, quaſi aliquali indura-
tione laborauerit; ſed ad λεγανη, cuius pars πωγων obnoxia erat.
Eodem modo dixerat Paulus v. 17. *quosdam ramos defractos esse*.
Interim tamen 2) eam non acuum duraturam eſſe, diſerte indicat.
Obtinebit enim tantum, *doueſ multitudine gentium ingressa fuerit*
in ouile Christi Ioh. X, 16. πωγων *inſignem multitudinem*, ex plu-
ribus gentibus collectam, designare, iam ad §. X. monuimus. Ea
vero non ſimul, atque una temporis periodo, conſcribetur; ſed
prout deus ſuas moras habet & horas, atque vnumquodque op-
portunime & ſapienſiſme exequitur, maxime præterea atten-
tus ad ea temporum momenta, quibus animi indurari facillime
conteri emolliri queſiſſe poſſunt, ſucceſſive, ut noua ſubinde gaudia
præparentur caclitibus pariter, atque fidelibus, in hiſ terris ad-
hucdā degenitibus. 3) Notabilem quandam Indacorum conuer-
fationem inſtare pronuntiat. *Atque ſic demum, hoc excellentiſſimo*
fine, qui tum gratiae diuinae theſtauros recludit, tum ſeueritatis
luculentum testimonium præſtar, obtento, *omnis Israeliticus popu-
lus ſalutabitur*. Vereres hebraeorum theologi ſaepius ingemina-
runt: *כָל יִשְׂרָאֵל וְלֹהֶם חַלֵק לְשָׁלוֹם כִּי Omni Israeli*
partem eſſe in ſeculo futuro. Sed cum haec ſententia fiducia illa
carnali, quam in naſcendi ex Abrahamo ſorte reponebant, meri-
torumque propriiorum opinione, nitatur, atque ideo ab ipsis ad
omnes Israelitas extendatur: facile patet, eam, ſi ſentum ſpectes,
& a verbiſ diſceſſeris, cum Paulino ſermone, quo omnia ad fidem
in Christum reducuntur, v. 20. 23. nihil habere commune. Ex-
inde

inde vero simul consequitur, vocabulum *omnis* nequaquam omnia individua complecti. Id enim vix sperare licet de infinita eorum multitudine, atque inuincibili nonnullorum malitia. Opponuntur nimirum hi, qui $\pi\alpha\zeta$ Ισραηλ vocantur, *pancioribus illis*, qui aetate Pauli & deinceps cum Christo coniuncti sunt, & v. 5. $\lambda\epsilon\mu\omega\zeta$ ισραηλ καρπος audiunt. Intelligimus igitur *insignem*, *satis que spectabilem* populi *Israelitici* partem, quam Apostolus supra v. 12. $\pi\lambda\pi\omega\mu\zeta$ vocabat. Potest hoc negotium illustrari ex gentium, ad Christum conuersarum, exemplo. Sicuti nimirum $\tau\omega$ πληωμων αυτων non inferr, *omnes* viritim conuertendos esse, sed longe plurimos; ita πληωμων Iudaeorum, & $\pi\alpha\zeta$ Ισραηλ, nonnisi flupendam eorum multitudinem insinuat. Eodem modo, de insigni & maiore alicuius coetus parte, voculum $\pi\alpha\zeta$ alibi loco iustum legi, vel rationibus notum est. Vide saltim *Martb. III*, s. c. IV, 8. *Marci I*, 5. 37. *Luc. XV*, 1. &c. Quid, quod? ipsa formula $\pi\alpha\zeta$ Ισραηλ nonnisi de maiore huius populi *parte* legitur tum in V. T. c. c. *1 Sam. VII*, 5. c. XXV, 1. tum in N. Test. libris c. c. *Act. XIII*, 24. Caeterum eos vix audiendos esse existimo, qui hic per Ισραηλ *Irael* dei, seu veram ecclesiam, ex gentibus atque Iudeis conflatam, intelligunt; quibuscum facit quoque *HOMONDVS*. Manifeste enim Ισραηλ gentium ingressurarum πληωμων opponitur: gentibus scilicet intronis, surum esse dicitur, vt Iudei quoque bene multi ad salutem perducantur. Etsi vero plerique interpretes hac in re mecum sentiant; in eo ramen iidem admodum a se dissident, si dicendum est, quando nam gentium multitudine ingressa fuerit, & quando tandem maior *Israelitearum* pars conuertenda sit. Alii, sicuti gentium conuersionem vsque ad finem mundi continuandam esse, docent; ita etiam Iudeorum conuersionem inde a Pauli aetate per singulorum seculorum decursus praenuntiatam esse, existimant. Aliis vero videtur, hic de successiva quadam & magis singulari emendatione populi Iudaici sermonem non esse; sed potius de simultanea, saltim intra breuiores terminum procuranda, enque extantiore & magis vniuersaliore, qualis hue usque nondum contigit, sed adhuc futura speratur. Meum quidem non est, tantas componere lites; interim non diffitor, potiorem mihi videri

E

corum

corum sententiam, qui Paulina verba de insigniore quadam gentis Iudaicæ conuersione, in posterum speranda, interpretantur. Et enim 1) Paulis diserte terminum aliquem pro ingressura gentium multitudine figit, ἀχεις ὅν &c. quem deinceps infecitura sit salutis Iudacorum procuratio, οὐαὶ οὐτῷ &c. Non ergo loquitur de eo, quod praeter gentes Iudaci nonnulli subinde per singula secula ad fidem perducendi, & eam gentibus conuersis conuersti Iudaci nunquam non coëxistitri sint; sed indicat, tempus futurum esse, quo euangelio, inter cunctas gentes adnuntiato, & longe plurimis ex iis Christo adiunctis, spectabilis Iudeorum numerus saluandus sit. Lubens quidem concedo voculas ἀχεις οὐ νοια semper continuationem futuri excludere, & aliquando perennitatem admittere; quod, qui a me dissident, vrgere memini; interim vicissim mihi detur, postulo, quod ordinarie saltim caedem terminum ad quem, nullo habito ad continuationem respectu, inferant. Quod si sit, manendum esse arbitror in consueta significatione, donec sic contextus, sive aliud momentum, contrarii adsumptionem iniungat. Tantum vero abeft, vt hic eiusmodi quid inueniatur, vt potius voculae οὐαὶ οὐτῷ illam iure requirant. Quae si & sic, vel, & tunc, ita demum explicantur, optime omnia in sermone Paulino fluunt: cum ex opposito nonnisi difficilis & contorta interpretatio prodeat. Quod vero οὐτῷ, οὐτῷ, etiam pro τοτε, tanquam particula temporis valeant, vel ex Ioh. IV, 6. Act. VII, 8. C. XVII 33. C. XX, II. C. XXVIII, 14. 1Cor. XIV, 25. intelligitur, ut iam nihil de profanorum auctorum locis dicam, quorum nonnulla dedit RAPHELIUS tum in Adnotat. ex Xenophonte, tum ex Polybio & Arriano ad Act. XX, II. 2) Paulus se cum ex gentilibus mysterium aliquod, seu rem huc vsque ipsis occultam, communicaturum esse, prae se fert. Sed quanam de re? non de ἐστι quod πωφασις τῷ Ιησῷ οὐ μέρους obtigerit: hoc enim iam v. 7. significauerat, cum diceret: οἱ δὲ λειτοι επωφαθησαν, quocum iunge v. 16. 26. neque de eo, quod nonnulli subinde ex Iudacis cum Christo vniri debeant; hoc ipsum enim jam in superioribus v. 5. 7. II. 14. 23. 24. satis inculcauerat: sed potius de eo, quod: 1) illa πωφασις duratura sit ἀχεις ὅν το πληρωμα των ἔθνων εἰδεκόν; & 2) quod οὐτῷ, sic tandem,

dem, vel tunc, περιστατησαι salute donandus sit. Haec erant gentibus inuoluta, manifestaque, nisi Paulus ex reuelatione diuina ea euoluisset. Qui Paulum legit v. 25. mysterii alicuius recludendi spem facere; ille noa potest non in eam sententiam descendere, quod aliquid propositurus sit, cuius mentio in antecedentibus nondum habetur. Cum vero illorum sententia, qua de successiva nonnullorum Iudeorum conuersione, ad finem vsque mundi continua, eum locutum esse, creditur, nihil contineat, quod ex antecedentibus non innorescat: cosequitur, eam sententiam omnino esse a Paulina mente alienam. 3) Cuna Vir diuinus in superioribus probabiliter pro conuersione disputatione, inter alia dicit v. 12. πληρωμα αυτων, seu insignem Iudeorum conuersorum multitudinem, πλουτον fore mundi ethnici, i. e. effecturam esse, ut gentiles plurimi, illorum exemplo excitati; non minus Christo nomen denr. Sed ex historia ecclesiastica non constat, gentes, post aetatem Pauli, eximiae Iudeorum ad Christi castra traductorum multitudinis exemplo prouocatas esse, ad ea sequenda. Vnde denuo conficitur, inter futura esse referenda, quae Paulus v. 25. 26. edisserit.

§. XVII.

Sed forte lectoribus nostris dubium videtur, qui fieri possit, ut, gentium multitudine iam ingressa v. 25. conuersio Israëlitici populi iasceriat πλουτον seu multitudini gentium conuertendae v. 12. coll. §. 10? Sed responsio non adeo est difficilis. Ingressura erat nimimum inde ab aetate Pauli vsque ad futuram Iudeorum conuersionem insignis hominum multitudo, πληρωματος nomine longe dignissima, eademque ex omnis generis gentibus collecta. Vt ut vero illa eximium plane numerum constitutura sit: plures tamen nihilo minus supererunt, qui a Christo alienum animum gerent. Quac cum ita se habeant, nihil obstat, quo minus, Iudeorum magno numero conuersorum exemplo, multi gentiles excitati, Christo quoque lacrifiant.

§. XVIII.

(3) Probatur a v. 26. medio vsque ad v. 32. Probationis autem loco (n) prouocat apostolus ad oracula, quorum *primum*, quod v. 26. & initio v. 27. legitur, ex Ies. LIX, 20. 21. desumptum est.

Differre Pauli verba non nihil ab ebraica veritate videntur; sed, penitus inspecta, quoad sensum saltim cum ea probe conspirant. Cum vero hoc praeter alios SVRENHVSIVS l. c. p. 503. sqq. diligenter ostenderit: lectorem harum rerum cupidum ad eum remitto. Propius accedit Paulus ad τοὺς LXX. nisi quod pro ἐπέκεινον Σιων habeat εἰς Σιων; cuius mutationis causam indagare studuit VITRINGA ad locum Iesaiatum. Quod vero ad ipsa verba prophethica attinet, lectori attento mox patet, Iesaiam 1) ecclesiam, in summis verantem angustiis, inde a versu 15. stirsse; docuisseque 2) cum nullus compareret eius liberator, praesto adsutum esse deum v. 16. sqq. qui causam populi sui suscepitur sit aduersus hostes; atque his ita dictis, 3) optata vindicarum consequentia subiecisse v. 19. quorum praecipuum consistat in conuersione gentium perinde, ac Iudeorum v. 19 - 21. Et de hac quidem v. 20. 21. loquitur cum dicit: *veniet Sionis, seu ex Sione, quorum utrumque verum est, Goel, redemptor, per quem ipsimet Iudei, interque eos, KIMCHI & ABEN ESSRA, Messiam intelligunt.* Qua de re plura vide in edit. Bibl. Hal. ebr. ad b. l. Hunc Goelem τον προφέτα vocarunt ὁδόν cum Paulo; sicuti ea ipsa vox Gen. XLVIII, 16. voci ebraeae בָּנֵי יִשְׂרָאֵל responderet. Pergit propheta: & auertentibus se a transgressione in Iacobo scil. veniet redemptor, liberator. Hic vestigia των ὁδών premens apostolus vertit: & auertet impietas a Iacobo. Sunt viri docti, qui existimant, LXX. pro בָּנֵי יִשְׂרָאֵל legisse בָּנֵי יִשְׂרָאֵל; quae lectio commodissime illorum προσέγενετ postulareret. Si tamen hoc nimis dubitescutum videatur, atque lectio Maforethica omnino retinenda sit: non repugnabo. Res enim ipsa nihilo minus salua manet, scopoque prophetae adecommodata. *Veniet Messias ex Sione, atque in commodum Zionis, & quidem pro auertentibus se &c.* Cum vero se ipsis propriis viribus auertere ab impietate non possent: recte verba pro auertentibus se, accipiuntur de iis, qui se ab impietibus suis auerti, abstrahi, patiuntur. Quod quia solus Goel praefastar, haud abs re ὁδόν, vna cum Paulo, hoc negotium ad Goëlem retulerunt. Ita itaque, quorum impietas Goël ita auertere potest, qui suam πτωχευτινην tolli ex animis patiuntur, ii, inquam, sunt illi, quibus ex mente prophetae Goël venier, qui fructus salutares

ex

ex aduentu Goëlis percepturi sunt. Cum his probe consentit Chaldaeus, qui reddit: *Et venit ad Zionem redenitor, Et ut conuerterat transgressores domus Iacobi ad legem.* Vox עזם, collectiue capienda, recte in plurali a LXX. & Paulo expressa est; eaque cum *prævaricationes, defectiones, rebellionis* significet, bene per אֶבְשָׂא, hic & alibi extulerunt iidem interpres. Iam subdit Paulus v. 27. sola verba initialia v. 21. Iesaiani: *atque hoc illis a me foedus futurum.* Putasse, ipsum subiuncturum esse, quae in Iesaiā sequuntur. Sed satis habens, haec decerpssisse ex hoc loco, ad alium quendam, quo ad rem cum hoc connexus, delabitur, prout aliis ebraicæ gentis dōctōribus in more possum⁹ fuit, interdum רַאשִׁי בְּסֻקִּים principia textuum delibare. Sed deuenio ad alterum locum propheticum v. 24. allegatum, de quo, vnde nam desuntus sit? quaeritur. Huic quaestioni iam satisfecit SVRENHVSIVS, dum praeceperit ex Ief. XXVII, 9. eum petutum esse adserit, vbi LXX. eadem verba habent, quibus Paulus utitur, nisi quod pro plurali τας οὐσιας, singularis positus sit. Quae cum ita se habeant, possunt ambo loca prophetica, quae Paulus probationis loco adduxit, sequentem in modum connecti: *veniet ex Sione liberator, auertetque impietas a Iacobos; eternum (και) in eo se exsiceret fructus Et virtus foederis, ipsis a me propositi, seu induiti, quando, ut alius loci prophetici verbis, huic rei accommodis, utar, peccata ipsorum sustulero.*

§. XIX.

Supereft, vt de nervo argumentationis Paulinae videamus; idque eo magis, quia magni nominis interpres textum propheticum ex Ief. LIX, 20. 21. de promtum, de primo Messiae aduentu, scilicet in carnem accipiunt, indeque probare adlaborant, Paulum nequaquam de illustri aliqua, eaque adhuc futura, Iudaeorum, qualem supra descripsimus, verba facere, sed eam in melius mutationem populi Iudaici designare, quae actate Christi & apostolorum, nec non deinceps, contigit. Quo minus vero in hanc sententiam descendam, obstat series sermonis prophetici, qua primo v. 19. de conuersione gentium fere vniuersali ab occidente atque ab oriente, inclusis haud dubie paribus septentrionalibus & meri-

dionalibus, loquitur: quod omnino egregie cum *plenitudine gentium* Paulina, in ouile Christi ingressura, conuenit. Deinde vero deum subdit, *Zioni quoque redemptorem venturum, qui impiates a Iacobo auersurus sit &c.* perinde, uti Paulus ait, post ingressam gentium multitudinem, saluandam esse maiorem Iudaeorum partem. Atqui hic oeconomiae diuinac ordo minime consistere potest cum *prima* Messiae adparitione, vbi salus *primum* Iudaeis, post vero gentibus oblatâ fuit. Vnde consequitur, quod *VITRINA* bene monuit, hic designari *aduentum posteriorum*, quo Christus Iesus, postquam gentibus reuelatus esset, & ab iis agnitus, tandem innotesceret Iudaeis, qui longum gementes sub severitate iudicij diuini reciperentur denique in gratiam. Atque sic bene sibi constat probatio apostolica, atque interpretatio illa, quam eadem supertruximus. Neminem vero offendere debet, quod dictio posterior ex Cap. XXVII, 9. Ies. defumta, de liberatione a Babylonii, aliisque hostibus, proxime agar. Ipsi enim Indaei tum in Talmude, tum in aliis scriptis docent, hanc liberationem Symbolum esse omnium liberationum, quas postmodum experti sunt, & expertrici. Vnde etiam omnes, qui ipsos adfixerunt, ut Graeci, Romani, atque alii, ipsis *Babyloniorum* nomine veniunt. Quae cum Paulus probe nosset; haud immerito hanc dictiōnem loco suo principali per quandam accommodationem subiungere potuit, ut complete sisteret suam mentem.

§. XX.

2) Prouocat ad antiquum illum amoreum, quo inde ab ultimis temporibus complexus esset eorum progenitores, cuius fructus & effectus omnium temporum Iudaei participes reddi possent v. 28-30. Hoc argumentum 1) proponitur v. 28. *Quod attinet*, ita ait apostolus, ad *euangelium*, cuius summa est, Iesum Nazarenū esse verum Messiam, redemptorem generis humani, fide vera amplectendum, siquidem ad salutem adspirare velint homines, *inimici sunt, odio habiti, non quidem mihi, uti LUTHERVS* verit; sed prout ex v. 29. patet, *deo*, quia cum agnoscere noluerunt, *in relatione ad vos Romanos*, qui Christum complexi, ad eoque deo grati estis. *Quod vero attinet ad electionem*, olim factam,

Etiam, ut essent dei populus peculiaris, ab omnibus gentibus separatus, apud quem purior dei cultus vigeret, & cui promissio de Messia ex se prodituro data fuit, *dilecti sunt dei, in relatione ad patres, seu intuitu patrum, quibus, cum veneratione veri Numinis nihil prius, nihilque antiquius haberent, promissum fuit, fore, ut deus poteris ipsorum nuncuajn non bene cuperet. Genef. XVII, 7.* Ita vero locum, cuius verba facillima, sensus vero paullo difficultior esse videtur, cui enodando non sufficiunt, quae hue vsque ab interpretibus adlata sunt. Sensum me exhibuisse, scopo apostoli idoneum, nullamque difficultatem post se relinquenter, cuius paullo attentioni patescit. Supereft, ut probem, *dia, accusatio iunctum, tantumdem valere posse, ac in relatione ad vos, intuitu vestrum, si vobiscum comparantur.* Provoco igitur ad Matth. XV, 5. Luc. XI, 8. Ioh. XVI, 21. Rom. XIII, 5. bis. 1 Cor. VII, 26. Phil. I, 24. Cap. III, 7-8. Ebr. V, 12.

§. XXI.

2) Probatur v. 29. non enim poenitenda, seu irrenocabilia, sunt charismata & vocatio dei. Charismata inauit, in Iudeorum patriarchas collata; inter quae locum etiam iuebatur illud praecellum promissum, quod deus vellet deus in primis esse seminis ipsorum. Porro eam intelligit *Dei vocationem*, qua voluit, ut Iudei populum peculiarem constituerent, quem nunquam prorsus abiecerunt, sed semper ad percipienda charismata admisituros esset. De his vero dicit, ea esse eiusmodi, ut deus eorum causa non poenituerit. Abscondita enim est, teste Hosea, Cap. XIII, 14. poenitudo ab oculis domini. Et qui deus poenitidine decretorum suorum duci posset, cum ea, cognitionem eorum omnium, quae fieri poterant, atque ex lege optimi debebant, distinctissimam, plenissimam & certissimam fecutus, considerit, nihilque emergere unquam queat haud praeuihi, quod consilium mutare iubeat. Siue igitur decreta, semel stabilita, *absoluta* sunt, cuiusmodi illud est, de quo Paulus loquitur; siue *ad conditionem aliquam adstricta*: nihil in iis deus mutar; vt pote quod vel scientiae, vel potentiae, vel bona voluntatis defectum argueret. Caeterum vox *ἀποτυπωτός*, praeterquam quod hic legitur, exstat etiam 2 Cor. VII, 10.

Idem

Idem h. l. valet ac ἀπεταύνεται, quam vocem habet vulgaris versio graeca. Quia vero, quorum nos non poenitet, mutare non solemus, igitur CASTELLIO rite veritatem irreuocabilia. In LXX. quidem non legitur vocabulum, sed obuium tamen est in POLYBIO, DIONYSIO Halicarnassensi, PORPHYRIO, & aliis, ut discere est ex SVICERO, RAPHELIO atque ELSNERO.

S. XXII.

3) Illustratur v. 30 – 32. *Quemadmodum enim vos etiam Romani, olim, cum in ethnismo viueretis, non credidistis deo, nunc vero misericordiam indepti estis, vt, relicta mentis perueritate, deo fidem adhibeatis, occasione incredulitatis horum Iudeorum, quam nimirum, cum expugnari eam non sinerent, deus permotus est, ut gratiae media propius vobis offerri curaret, ne beneficium, in Christo praestitum, irritum fere esse videtur: ita etiam hi iam quidam non credunt in Deum, adeoque vobis in conditione priori valde similes sunt, vt & ipsi suo tempore occasione vestrae, seu, quae vobis obtigit, misericordiam misericordiam consequantur.* Redibunt scilicet aliquando ad se, suamque miseriam ex una parte, ex altera vero parte gentium, ad Christum conuersarum, felicitatem intuiti, extinulabuntur ad gratiam Dei, per Christum solum quaerendam, qua omnino beabuntur. Statuo hic cum CHRYSOSTOMO, aliisque magni nominis interpretibus, mittendam esse vulgarem interstinctionem, quae comma ad εἰσει ponit, illudque potius ad verbum παραθηταν scribendum esse arbitror. Primo enim id cum re ipsa non conuenit, quod Iudaci tum demum increduli facti sunt, vbi gentiles per diuinam gratiam ad meliora traducti fuerant; cum potius ex actis apostolicis atque ex versiculo praecedente elareat, tum in primis censillum diuinum, de conuersione gentilium procuranda, exsecutioni datum esse, eum Iudaci fidem deo quam pertinacissime denegarent. Deinde vero eandem iudicuram, quod Vener. CARPOVIVS ad h. l. bene monuit, postulat oppositio versus antecedentis. Sicut enim Romani, qui deo non crediderant, misericordiam indepti erant, τῇ Ιερουσαλήμ; ita Iudaci, qui tum iterum incredulitate laborabant, misericordiam obtenturi erant τῷ ιερυμών εἰσει, Iudeorum itaque decrementum

tum

tum fuerat gentium incrementum, ut hoc ipsum cum tempore an-
sam daret saluti Iudeorum reparandae. Neminem vero offendere
re deber, coniunctionem *huc* in medio positam esse, quod quippe
non raro fit. *Vide* saltim *1 Cor. IX, 15.* *2 Cor. II, 4.* *Galat. II, 10.*
Quoad rem ipsam relegi hic possunt, quae supra ad v. 11. 12. di-
cta sunt.

§. XXIII.

Vberius adhuc haec Paulus v. 32. illustrat, ubi ostendit,
omne negotium saluandi homines eo demum redire, ut, qui gra-
tia dei salutari perfrui velint, incredulitatis suae, qua laborarent,
conuincerentur, eiusque veniam a deo exorarent. Verbum *συν-*
κέντειν h. l. & *Galat. III, 22.* *demonstrandi, conuincendi & coarguendi*
notionem haber, quam *CHRYSOSTOMVS* bene expressit, cum in-
quit: *sub incredulitate deus omnis conclusit, hoc est, coarguit,*
demonstravit, incredulos esse; non ut manerent increduli, sed ut alios
per aliorum saluaret contentionem, hos per illorum, & illos per ho-
rum. Quoad rem S. R. *CARPZOVIVS* recte hue vocat dicta Pauli
Cap. III, 9. 19. 20. 23. 24.

§. XXIV.

Totam hanc tractationem Paulus 2) pathetica prorsus clau-
sula finit v. 33–36. Postquam scilicet hucusque intentus fuerat
in diuinam cum Iudeis & gentibus agendi rationem, & non sine
luctu docuerat, *illos* iusto dei iudicio propter spem imprimis
Messiam reiectos, ea vero occasione, praeter omnem expectatio-
nem, *hos*, quorum curam nullam olim gessisse videbatur, adsum-
tos esse, insimul autem diuino sub ductu perspexerat, futurum
esse, ut aliquando contribules, gentium conuersarum exemplo ex-
citat, ad saniora principia redirent; quod & alias gentibus ad
Christum adducendis opportunitatem procuravimus esset: tum
hos inter labores, modo cum aegritudine, modo enim serenitate
animi peractos, intime demissaque sensit, se in eo abditorum dei
confiliorum pelago versari, cuius ad fundum nunquam peruenire
posset. Quod ut significatum irer, obitupesfactus exclamar: o
profunditatem &c. Hie vero Paulus 1) summas dei virtutes, ca-

F rum

rumque exercitium, extra se veluti positus, admiratur v. 33-36. Haec a) proponit v. 33. vbi a) de virtutibus, seu attributis summis, quae deus in hoc negotio manifestauit, loquitur, *sapientia feliciter, & scientia.* Per hanc omnia possibilia nouit, & quid ex quoecunque consequi posit, intellexit. Per illam vero optimos fines, cum ultimo scopo, manifestatione feliciter gloriae suae, combinabiles, nec non media, felicissime successura, peruidit, & selegit, indeque stupa & inexpectata prorsus consecraria, etiam tum, cum omnia coquaciamata esse videbantur, elicuit. Hisce vero diuinis axiomatis bus tribuit στηρνούς, ut magnitudinem eorum ob oculos poneret. Quando enim Paulus aliquid quam maxime extollere vulnus, diuitias de eo praedicat. Vide Cap. II, 4. Cap. IX, 23. Ephes. I, 7. Cap. II, 7. 2 Cor. VIII, 2. Col. I, 27. Quum vero ne sic quidem sibi satisfaceret, γέραθος addit, quo innuit, deo competere scientiam & sapientiam, quae inquam cogitari possit, maximam, quae nec modum, nec finem habet. Sic ut haec vox de immenso & vere magno apud exterios occurrit; ita in sacris in primis de rebus abstractis & reconditis, a captu hominum remotis, adhibetur. Ad sapientiam diuinam hic refertur, quod & LXX. fecerunt, Cobeletb V, II, 25. cuius γέραθη non nili spiritus dei perficeratur 1 Cor. II, 10. β) de exercitio horum attributorum agit, inquiens: *quam imperficiabili sunt iudicia ipsius, & quam imperficiabiles sunt viae eius!* Putem, γεραθa ad Iudeos praecepisse pertinere, ὁδον vero gentes, ad Christum conuersas, spectare: ut rorundique enim in antecedentibus mentionem fecerat. Iudeos exexcatos premebat dei γεραθa, iudicia poenalia; quo in sensu vox haud raro occurrit, e. c. Rom. II, 2, 3. Cap. III, 8. Cap. XIII, 2. 1 Cor. XI, 29-34. Vide quoque SVICERI thes. eccles. T. II. p. 161. Atque haec iudicia inscrutabilia erant, tum quod iusto tempore, iusto modo, eos puniebat; tum quod severitatem temperabat clementia. Adde hic Sapient. XVII, 1. Circa gentes singulares plane agendi ὁδον, agendi rationes, Deus inierat, quas nimurum, ut a vera religione, & a promissis diuinis, sollemni foedere faneatis, alienissimas, indeque spem nullam habentes, Ephes. II, 12. eo ipso tempore, quo Christi doctrinae omnes fere Iudei se inimicos gerebant, eamque penitus subvertere stude-

studebant, praeter omnem spem & exspectationem, ad amplectendum Christum traducebat. De notione vocis ὁδός, quam elegimus, infinita exempla in profanis & sacrī exstant: interim vide Act. XIII, 10. 1 Cor. IV, 17. Ebr. III, 10. Apoc. XV, 3. De his iudiciis pariter, atque agendi Dei rationibus, dicit Apostolus, quantum veniri non posse; adesse enim *abyssum*, utri Ps. XXXVI, 7. habent LXX. τὰ κατατά σε ἀβύσσος πολλά. Adde Iobi V, 8. 9. cap. IX, 10. & GROTTIVM ad h. l. qui plura Patrum & Iudaicorum loca, idem confirmantia, adferunt.

§. XXV.

b) Has virtutes infinite & independenter deo inesse, probat v. 34-36. & quidem s) tribus questionibus propositis mentem suam tradit v. 34-35. Eum in finem 1) ait; *quis cognouit mentem domini?* vbi per mentem diuinam consilia, quae in primis veriantur circa Iudeos & gentiles conuertendos, intelligit; & quisnam ea cum circa reuelationem, cum post reuelationem perfecte capiat, quaerit. Cuius questionis sensus est negatiuus, quod etiam de biga questionum subsequentium valet; quo ipso vero negationem eo fortiori intendit. Dicit itaque, neminem omnino inter entia finita, atque in primis inter homines, esse, qui perfectam cognitionem rationum agendi dicitarum, & quidem ex propria meritis via lactare queat. Atque hoc minime mirum, quia deus secundum Iesaiam C. XL, 14. 28. eo usque intelligentias haberet, ut imperfurnabilis sit intelligentia eius: 2) aut *quis confiliarius ipsius*, quocum mentis destinata communicaferet, fuit, ut in communionem executionis venerit? Nemo sane. Transsumit Paulus utramque propositionem ex Ies. XL, 13. ita tamen, ut potius τοὺς LXX. quod sollet, securus sit, si verba species. Eadem fere apostolus habet 1 Cor. II, 16. 3) aut *qui nram prior dedit ei*, &c. seu, ut retribuatur ei? Sane nemo est. Mutuo haec summis apostolus ex textu ebraico Iobi XLI, 2. quem vulg. bene expressit. Ceterum obscurare mihi video elegantem gradationem, tribus his propositionibus eo fine adhibitam, ut omnimoda dei independentia eo penitus inspicatur. Si scilicet ne virus quidem mentem domini cognouit; er-

go

go multo minus deo fuit a consiliis: & omnium minime ipsi prior aliquid contulit, quod retributionem postuleret.

§. XXVI.

3) Directa oratione eandem insinuat v. 36. ἵτι εξ αὐτοῦ - τα πνυτα. Praetermissis vanis quorundam nostrarum, trinitatis mysterium ex h. l. probare insipientium, conatibus, nec non Arrianorum & Fanaticorum, hoc dicto insigniter abutentium, ineptis, quarum summam woltius retulit, moneo, quod proprius hoc facit, τα πνυτα hic non generatum, cuiuscunque generis, sive bona, sive mala, inferre; sed ea praeceps pro scopo orationis Paulinæ respicere, quae ad dispensationem gratiae & salutis, nec non ad diuinorum propter eam indiciorum rationem pertinent. De his vero dicitur; quod *ex ipso* Deo, *per ipsum*, atque *in*, seu, *ad ipsum* sunt. Inest utique his voculis sua differencia. *Ex ipso*, sunt omnia, tamquam ex inexhausto fonte. Infinito scilicet, quo pollet, intellectu omnia, quaecunque ad oeconomiam gratiae & salutis referuntur, ab aeterno quam distinctissime, quam lucidissime, quam plenissime, quam ab omni errore remotissime, obuersata sunt, prout sapientissime, benignissime, iustissime, & hinc optimè administrari poterant. Atque ad hanc exactissimam, quae ipsi praelucebat, cognitionem cuncta, quibus totum negotium inniti debebat, decreta maxime independenter, utque reuocari non possent, concepit, nemine in consilium adhibito, nemine quidquam suggestente. Interim neque hic substitit diuina virtus; sed potius ea etiam, quae sapientissime quasi excogitauit, matureque decrevit, potentissime executa est, nemine opitulante, nemine obstante. Id ipsum sibi vult Paulus, quando dicit, *omnia per ipsum deum esse.* Is nimirum est, qui, sicuti res omnes confernat & gubernat, in primis etiam Iudeis tristissimo indurationis iudicio permisit, gentiles, remotis omnibus, quae obstabant, grauissimis impedimentis, gratiosissime vocavit, Christique ecclesiae addidit, *quotquot ex iis ad salutem se ordinari patiebantur.* Actio XIII, 48. Is quoque est, qui subinde Iudeos quosdam, utrū excaecatos & refractarios, cum Christo yniuit. Denique etiam ipse est, qui suo tempore insignem pro rursus Iudaici populi numerum in ecclesiam recipiet,

recipier. Cum vero omnia ab ipso pendeant, & per ipsum perficiantur: vix mutum esse potest, si omnia quoque *σὺ αὐτοῦ, in ipsum,* referantur, ipsiusque maiestatem manifestent. Eadem fere, paucis mutatis, leguntur i Cor. VIII, 6. Consimilēm locum habes apud MARCVM ANTONINVM lib. 4. c. 23. vbi de deo ait: *ἐν σου στάτῳ, ἐν σοι πνεύμα, εἰς σὲ πνεύμα.*

§. XXVII.

2) Totum hoc negotium doxologia aliqua finit v. 36. *αὐτῷ οἵ δέξα εἰς τες ἀνωνας, ἀγαν.* Δοξα notat omnem complexum attributorum diuinorum, quae sicuti ipsi infallibiliter competunt, ab hominibus quoque agnosci, celebrarique debent. Eorum itaque est, ut, percepta diuina circa gentes & Iudeos ageindi ratione, diuinam sapientiam, bonitatem & iustitiam debitis laudibus extollant, & venerentur. Idque Paulus, quamuis unum sacculum post alterum praerelabatur, fieri iubet *per omnia saecula.* Si enim gloria dei sibi semper constat; iure etiam haud interruptis laudibus eam prosequuntur homines. Cacterum hacc doxologia Paulo admodum frequentata est. Praererquam enim, quod h. l. exsistet, legitur quoque Cap. XVI, 21. 1 Tim. I, 17. Gal. I, 5. Ephes. III, 21. Phil. IV, 20. 2 Tim. IV, 18. Ebr. XIII, 20. 21. sicuti Moses quoque, cum magnalia Dei eloquitur Deut. XXXII, 3. Israelitas suos hortatur, ut darent, seu, profiterentur *maiestatem dei sui.* Plura dari possent de hac doxologia: cum vero Vener. QVANDTIVS peculiari scripto *de doxologis Paulinis* fatis erudit egerit; hoc labore iam supersedeo. Eadem Paulus obsignat consueta ecclesiae Israclitiae vocula *Amen*, qua tum fidem suam in dei promissiones, tum vero impensum desiderium, quo nomen diuinum ab hominibus glorificari exoptat, restari voluit.

ERRATA POTIORA.

Pag. 2. lin. 26. adiiceret l. abiiceret. p. 8. lin. 2. Iudeorum l. Iudeorum. ibid. §. 5. lin. 8. hac l. hae. p. 9. lin. 7. agumentum l. augmentum. ibid. lin. 26. eam l. eum. p. 10. lin. 21. deplorandum l. deplorandam. p. 12. lin. 10. πεποτεκυν l. πεποτεκυν. ibid. lin. 25. dari l. dare. ibid. lin. antepenult. prophete l. prophetae. p. 15. lin. 16. involuntur l. inuoluuntur. ibid. lin. 18. fonte l. fonte. p. 22. l. penult. dexiuit l. definit. p. 30. lin. 19. adiicerit l. edifierit. p. 32. lin. 2. post *de addese.* p. 34. lin. vlt. εἰδελθη l. εἰσελθη. &c.

G

PRAE-

PRAESTANTISSIMO DOCTISSIMO QVE
HONORVM PHILOSOPHICORVM
CANDIDATO

S. P. D.

P R A E S E S.

Tv, PRAENOBILISSIME DOMINE CANDIDATE, vitam academiam ita inter nos exegisti, vt mihi caussae sat graues suppierint, cur TE in primis amarem, TVIque studiosus essem. Per integrum enim quadriennium, quod paucioribus hodie contingit, Scholas Philosophorum, Philologorum, & Theologorum, quibus ACADEMIA FRIDERICIANA floret, indefessa frequentasti diligentia, recteque TVARVM partium esse duxisti, vt, quae ex ore PRAECEPTORUM perceperas, domi meditatione subigeres, atque sic demum in succum & sanguinem, quod aiunt, conuerteres. Placuit mihi generosus discendi ardor, placerunt mihi egregii, quos in litteris adquisiisti, profectus, interim quam maxime me delectarunt mores TVI ad modestiam, honestatem, & pietatem prorsus compositi. Vnde iam dudum est, quod spem de TE conceperim, fore, vt cum tempore aliorum commodis magno cum fructu interfuturus sis; quam spem vt Deus O. M. abundantissime implete, opto voleoque! Ut vero & PATRIAЕ, in quam breui abiturus es, innotesceret, quam & studia & vitam DOCTORIEVS TVIS adprobaueris, obtulisti TE nuper AMPLISSIMI ORDINIS PHILOSOPHICI, Magisterii honores obtenturus examini, quod ea cum laude sustinuisti, vt TIBI petiti honores vnanimi consensione decreti sint, in TE ame conferendi, postquam inaugurale aliquod specimen publice defendisses. Adiulisti itaque animum ad illustrandum Undecimum caput epistolae ad Romanos, cuius textus compluribus difficultatibus obnoxii sunt, quas, quantum iudicare possum, maximam partem, haud infeliciter sustulisti. Neque dubito, quin TVA publico in confictu aequre bene disputaturus sis. Superest, PRAENOBILISSIME DOMINE CANDIDATE, vt TIBI progressus laudabiles, in studiis factos; bonam mentem, quam ubique demonstrasti; curriculum academicum, feliciter finitum; atque honores in Philosophia supremos, ex animo

animo gratuler, Deum precatus, ut te, salutem & in columem ad patrios lares reductum, per omnem vitam gratia sua munitum, felicem fortunatumque esse iubeat. Ita vale, mei memor viue, meque ama! Dabam in Regia Fridericana d. xxvii. April. MDCCCLXIII.

HUMANISSIMO KEYLIO

IO. AVG. NOESSELT, S. D.

In maximis bonis, quibus Vratislauia, patria tua, splendescit, haud scio an longe maximum sit hoc, quod nulla sit facile alia Germaniae vrbs illa in excellentibus ingenii proferendis, iisque egregie ad omnem humanitatem fingendis felicior? E qua tu omni bonarum literarum genere preclare imbutus cum venilles ad nos, & ipso animo tuo & illustribus popularium tunc exemplis incitatus, ita grauiter omnes doctrinae partes persecutus es; atque ita te discendi cupidum ostendisti, ut magna spes nasceretur fore, ut patria tua olim a studiis tuis non minimam claritatem acciperet. Ad hae studia, in quibus ego paene quor die diligentiam industriamque tuam vidi & amavi, non modo in lectionibus meis sed etiam in collocationibus, accedebat incredibilis pudor morumque elegantia & sanctitas ea, quae non poterat animum benevolent amque meam tibi non maxime conciliare. Quam ob rem vere tibi decursum feliciter academicum stadium optimaque frugis libellum a te discende conscriptum, dignitatemque academicam in te profectam conferendas, mihi vero amicitiam tuam gratulor; quam te, nisi a te ipso defeceras, quod ne suspicari quidem possim, nunquam deferratum scio, mihi certe de te quid res tuas adiuuare, mutuamque voluntatem vel alere vel angere possit; recipio; Deumque O. M. cui vni omnes doctes, virtutes, prosperosque rerum nostrorum successus debemus, rogo, ut studiorum morumque tuorum fructus patriae tuae saluberrimos, tibi vero mihiique iucundissimos esse iubeat. Vale. Scripti Halae a. d. I. Maii A. C. cl. 1563.

Monsieur,

Monsieur,

Je vous fais bon gré, qu'en faisant Votre honneur par Votre do-
cte thèse vous me permettés bien d'y trouver mon conte en
quelque façon pour le mien. Comme je suis assés heureux de
pouvoir faire gloire de mes amis, j'ai bien du plaisir de me louer
à cette hénrie publiquement de l'amitié dont vous m'avez estimé
digne. Et à dire la vérité, je n'ai presque autre sujet d'ajouter
une lettre à Votre dissertation. vous êtes bien loin de vouloir
de l'encens, & quand je serais l'homme à vous en donner dignement,
la matière présente m'en dispense assés, ou le tout parle
vos éloges. Je n'aurai pas non plus grand sujet de vous pro-
tester ici la part que je prends aux honneurs que vous allez cueil-
lir de l'assiduité de vos études, ou bien de faire un Kyrielle de
tous les souhaits dont je fais de bonnes augures de Votre bon-
heur à venir. Connaisant de longue main mon affection pour
vous, MONSIEUR, vous en êtes bien prévenu, & vous vous
en persuaderes aisément, sans que je vous le proteste à des fois
reitérées. Cependant je vous supplie, de vouloir bien me con-
server l'honneur de Votre amitié, & de prendre garde, que l'ab-
sence ne m'ôte rien de la part que vous m'avez accordée si libéra-
lement de Votre affection. La plus forte de mes passions sera tou-
jours de m'en rendre digne & de vous remouigner de plus en plus,
combien je suis

Monsieur,

Votre très-affectionné ami & très-humble
Serviteur,

ABRAHAM GOTTHELF MAEZKE,
de Freistat en Silesie,
Etud. en Theolog. Oppos.



3d 2287

X 2284284

Vd 18

Nr.



DISSE^RTAT^O IN AVGVRALIS PHILOLOGICA
QVA DIFFICILLIMVM
CAPVT XI.
EPISTOLAE PAVLI AD ROMANOS,
EXPLICATVR.

QVAM
SVB SVMMI NVMINIS AVSPICIIS
CONSENTIENTE AMPLISSIMO PHILOSOPHORVM ORDINE,
PRAESIDE
VIRO EXCELLENTISSIMO, AMPLISSIMO, DOCTISSIMO,
IOHANNE FRIDERICO STIEBRITZ,
PHILOSOPHIAE, OECONOMIAE, POLITICAET, ET CAMERALIVM
PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO,
ALVMNORVM REGIORVM EPHORO,
ACADEMIAE SCIENTIARVM MOGVNTINAE SODALI,
PRAECEPTORE ATQVE PATRONO
PIETATE MAXIMA AETATEM DEVENERANDO,
PRO SVMMS IN PHILOSOPHIA HONORIBVS
ET PRIVILEGIIS
SOLLEMNI RITV ACCEPTANDIS
D. VI. MAII A. O. R. MDCCLXIII.
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBIICIT
AVCTOR
SAMVEL BENIAMIN KEYL,
VRATISLAVIA-SILESIVS.

HALAE MAGDEBURGICAE EX OFFICINA HENDELIANA.